Zdigitalizowano w ramach projektu
„OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”

2007-2010

Wsparcie udzielone przez Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię poprzez dofinansowanie ze środków Mechanizmu Finansowego Europejskiego Obszaru Gospodarczego

Zrealizowano ze środków Ministra Kultury i Dziedzictwa Narodowego

Jacouza zalonia zuzammichtet werden: also ist auch alle menschliche Tugendlichkeit ohne wahren Jesuschmack nur dann dass die mit ihrem zu tun und unsterblichen Schuppen verhüllte ist. Diese Unglückseligen pflegen mit den Tugenden zu gleichen, denen manche, wie denen sagt, in der Luft, am Land in Büchen, Wäldern, oder in entlegenen Tagflöhen sich aufhalten, sich hie- weilen in Dörfern, Städten, sogar in Hügel der Luft nur von den Gunstbezeugen aber selten, und die Jä- ger derselben stets mit sich herumtragen. Der gleichen einem, der mit einem Tugendzeugen schwerbeladen beladet ist; diese sind einer Lucken, den Komödian Jesuitischen, tugendlichen Unterhaltungen mün- ter und lustig gleichen, dass unsehaben weiden den innge- lichen Tugenden Keine wenig geschadet, sondern nur desto mehr geholfen hat.

Ad Contra. Hauptsagen gibt mir einen Mensch- schend als einen sagen mag, so hat er doch in selbst seiner Widerwärtigkeiten einen Kräften Trost, und unsere Lindarung von dem guten Zeugnisse seines Gewissens. Gesetzt es werde von lauter Unschuldigen und schwa- chen Tugenden gesprochen, so sind zwar den Lieb- lichen Tugenden gesetzet, sondern nur desto mehr geholfen.

Ad 1. Contra. Wenn es aber in einer Tugend Aufrichtigkeit und Deutlichkeit, von jedermann verstanden, und verachtet, so wird diese doch dass um nicht verdächtig verachtet, wenn es gedacht hat, dass das weise und gu- tige Volk sein Lobsagen sagen werde. Also mancher, dass sein Namen durch tägliche Verläumdungen in den ganzen Stadt, sogar von Gerichten angeschlagen wer- de, so wird auch gewiss niemanden, sich aber doch nicht

unmäßig belästigen, so lang ihm sein Gewissen ein gutes Zeugniß gibt; ja in dem Tode selbst, der allen sein Ende ankündigt, ist das gute Gewissen der einzige Trost, und gleichsam Versicherung.

St. Carolo. Dann kann wohl für den Menschen ein gutes Gewissen Trost genug; kann ihm etwas eine glückselige Ewigkeit versichern, als wenn ihn das Gewissen gleichsam versichert, daß er von dem wahren Gott nicht eine wirkliche Versöhnung habe, sondern auch in seine Freundschaft trete; daß er ein Kind statt, und zu einem solchen seinen wirklich zu gehen angenommen sey: daß dann in ihn schon mit lauter Zufriedenheit sein Gemüth, damit seine Gnade zum Antritt stand hat? Ja wenn aber auch an die äußerlichen Wohlthaten nicht zu denken wäre, so lassen uns doch die Wohlthaten, das die Tugend ihr selbst eigene Belohnung ist, gar viel selbst so annehmlich, so begierlich, so anständig, das auch die Glückseligkeiten auf dem Lasterhaften niemals was darzulachen kosten noch nachsetzen haben, indem von ihnen einem Lasser gequält Tag und Nacht keine wahre Ruhe finden, ihn verblendet Gewissen als einen unbarmherzigen Richter, von Augen zu haben vorwerfen vorgeht, endlich alle Augenblicke befürchten müssen, sein ganzes glückseliges Glückseligkeit bald ein End nehmen, und sich ein dreifaches Unglück verwandeln werde.

Ad Benedict. Dann gleichwie einem Schuldner seine große Schulden nie aus dem Sinne stehen mögen; also können auch diese sich das göttliche Landrecht, und der Vorbildung ihrer schändlichen Lasten nicht entschütten. Sie erkennen zwar ihr Elend, doch ist diese Erkenntniß

nicht stark genug sich dingen lassen, und zu solcher
lichen Tätlichkeiten sich gebrauchen lassen. Da im Fegefeuer über
nun Leiden Strafen nichts als Stein und Prügel haben
Farben zu malen, und alle Arm-, Mistadern und Knochen
sind abzureißen müssen. Die Leiber sind Lapacha sich von
gemahlen durch gelehrten Mißbrauch übel, grablassen, oder
gemacht zu machen; ja ihr unendliche Bücher, das Fegefeuer
Fegefeuer zu ziehen sich in die Hitze und Schmerzen, und wüten
Brüder, dieses unendliche Zeugnis ist über alle ewig bleiben Ma-
gisch und Bücherklang. Diese angenehme Gestalt verhalten
den Tag Tage, noch Tag der Nacht werden Tag Leiden, noch trü-
ber Stallen von unsere Leiden; und viel an seinen Sich
mitten in unserer Hoffnung äußerst glauben hat, mögen
von niemanden; als von Gott selbst behalten werden.

Salzburg Leben, die sich im Jahr 1780 zugetragen.

Januarius.

Zu selben Zeit befande sich in England ein musikalisches Wunder Kind William Crotch mit Namen, welcher von Michael und Isabella Crotch zu Norwich den 5ten Julii 1775. gebohren worden. Der Vater, weil er ein feiner Zimmermann war, verfertigte sich zum Zeitvertreib eine Orgel, die er in seinem Zimmer aufstellte, und so wohl selber darauf spielte, als auch andere darauf spielen ließ. Und sintemal nahm das kleine Kind Gelegenheit ganz frühzeitig von dieser Kunst etwas zu begreiffen. Dann eine gewisse Frau Tillmann, die zu Norwich mit dem ersten Beyfall in der Musik Unterricht ertheilte, war sehr bekannt mit seinen Eltern. Das Kind kam öfters zu ihnen, spielte als dann auf der Orgel, und sang darzu. Den 2ten Abend in der Mitte des Augusts 1777. als abermal Frau Tillmann sehr lange spielte und sang, und das Kind auf der Mutter Schoos saß, fing es an ungemeinlich unruhig zu werden. Die Mutter fragte allerhalben die Ursach da von, entdeckte es so gar, weil sie eine stehende Nadel vermuthete; allein es war alles vergeblich. Als es zu Bett sollte gebracht werden, und man es von der Orgel weg trug, streckte es seine Arme mit solcher Hitze

Vermuthen auf, daß die Mutter es davon niederspielte, wenn es dann die Clavier mit einer Art von Entzücken berührte. Der nächsten Tagen, da man das vermeynte bloß für Kinderspiel hielt, brachte das Mutter das Kind an die Orgel, um es klingen zu lassen; allein sie erstaunte es, als sie Zusammenstimmung und Ordnung in dem Spiele des Kindes, besonders aber gewisse Zeiten und die Pausen, welche so weise der Meister, als ein Tonkünstler in Gegenwart des Kindes öffters spielte, vermerkte. Die vom Markte heimkommende Mutter erstaunte nicht wenig über ihr Kind, und von der Zeit an dürfte niemand spielen, so lange, und soviel sie wollte. Nunmehr war Mozart 3. Jahr und 3. Wochen alt, und alles, was er Nonsens spielte oder Mißhelligkeit machte, hörte nach diesen Tage. Er spielte täglich, bekannte mehrere Stücken, fing aber bald an mit unter etwas von eigener composition zu mischen. Alles, was er spielte, war sehr harmonisch, dann jeder Mißklang verletzte sein Ohr allzusehr. So spielte er in vielen öffentlichen Versammlungen zu Neujahr bis in den November, da er von der Mutter nach Lambrüngen gebracht wurde. Dort spielte er auf vielen Orgeln der Klöster und Collegien nach der Reihe, darum gute größtentheils Verwandtschaft aller dortigen Prälaten und Herren. Im December reiste er nach London ab, spielte aber nicht öffentlich, als bis er sich vor den königlichen Majestäten, und der königlichen Familie hatte hören lassen, denen er am 27. Februar 1764. durch Lady Hartford im Palaste der Königin vorgestellet wurde. Hier erfüllt er allen nur erwünschten Beyfall, und blieb sich den 20. darauf in der

königlichen Hof-Capelle zu St. James nach vollendeten
Abitur Dienst versieht, auf der grossen Orgel in Ge-
genwart des Königs und der Königin spielen. Von dieser
Zeit spielt er alle Tage gewissen Zeit und Preis öffentlich
in einem Saale in Piccadilly. Sein guter Beobachter, der
ihn Tidal um 26 Uhr mit angehört hat, gibt hierüber folgen-
de Nachricht. Der kleine Knabe ist ungemeinartig in einem Alter
von Jahr 3/4 Jahren, ein munterer lebhafter Junge, hat eine
angenehme Gesichtsbildung, schöne blaue Augen und ein
blasses Haar. In der Mitte des Saales, in welchem man
ihn setzt, steht vor der Wand seine Orgel auf einer klei-
nen Bühne, um die man nach dem Zimmer zu einen halben
Zirkel von Stühlen gezogen hat, der den kleinen Tonkünstler
von der Gesellschaft absondert, und ihn auf seinem Sitze si-
cherer gibt. Auf der Bühne vor der Orgel steht ein Lehn-
pult und auf demselben ein kleiner gedruckter Musik, den
die Mutter vorerst mit einem Schnupftuche festbindet, damit er
nicht samt dem Notenpult, herunter der in der Kürze sei-
nen Zeiten, da er nicht spielt, oft allerley seltsame Sprün-
ge anfängt, sie unterfalle. Vor ihn legt man gemeiniglich ein
Buch, so, dass er zwar etwas entfernten Zuhörern vorkommt,
als spiele er aus seinen Noten, da, während er spielt, lauft
er oft, klaudert, und sieht sich nach seinen Leuten um, immer
mit seinen kleinen Händen auf dem Claviere herumfingert, und
das so übel kümmert, und mit so viel Geschicklichkeit, dass
einst, als wüsste er selbst nicht, was er thäte. Sein Ge-
schmack ist für die jetzige Musik, im Ganzen genommen,
im Einzelnen. Es hielt er ein regelmässiges Stück, war es
nun Theil von einem, oder auch ein ganz kleines Phantasien

Von einer Erfindung gezeigt hat, so

Matthe Joannes Bapt:

Continuatio

Thema Ulterius per figuram communicationis considerandum proponet, an non is, qui multis saeculis semper sui compos vixisset, multas provincias peragrasset, consultationibus principum frequenter interfuisset, sententias multorum et eorum rationes audiisset, et quod inde consecutum esset, diligenter notasset, an non dicet, is magno ingenio ad consulendum valeret, et omnes ejus sententiam oraculi loco habendam fatentur? Idem concludet de eo intelligendum esse, qui historias diligenter pervolvet, addetque rationem, quia quod natura denegat, id praestat historia. Porro istud amplificabit per testimonium Aristotelis dicentis exempla ex Poetis petita in rebus gravibus multum valere, quod quidem verum est apud vulgus, sed apud viros graves multo majorem vim exempla habere, quae ex historiis adducuntur, ut quod Horatius de Homero dixit, illum melius, quid honestum, turpe aut utile sit, quam omnes Philosophos docere, idem de historia dicendum sit.

Elaboratio

Quodsi aut temporis hominibus ad vivendum concessit brevitas, aut ipsa vitae ratio pateretur, ut idem homo multa saecula in terra mente, integrisque sensibus vixisset, multas provincias obiisset, ad intimas principum virorum de gravissimis rebus consultationes adhibitus fuisset, omnium sententias audiisset, rationum, quibus quisque niteretur, pondera ac momenta diligenter expendisset aut observasset postea, notasset diligenter, quid ex quo consecutum esset; quis non incredibilem quandam in eo vigere vim consilii crederet? quis non ejus sententiam de rebus gerendis in oraculi propemodum loco ac numero habendam fateretur? atqui, quod natura nobis denegat, praestat historia, ut, qui eam diu ac diligenter pervolvit, omnibus aetatibus vixisse, omnes regiones perlustrasse, omnibus publicis consiliis interfuisse, omnia, quae unquam contigerunt, praesens quasi spectasse atque animo notasse videatur. Non negaverim quidem Aristotelem recte dixisse, dum asseruit, in rebus gravibus et seriis deliberationibus, ubi maximus exemplorum usus est, petita e Poetis exempla in vulgus aliquid valere? at apud graves et cordatos viros multo majorem vim ea, quae ex historiis adducta sunt, obtinere extra omnem controversiam est. Nam quod Horatius Homerum commendans dicere ausus est, quid honestum, quid turpe, quid utile aut inutile sit, melius cum ac plenius, quam Philosophos docere; id ego de historia multo verius ac justius dicere ausim.

Matthæ Joannis Bapt:

IX Calendas Aprilis.

Thema.

Sermo
in laudem historiæ

Exordium fiet per periodum trimembrem dicendo, historiam scientiam esse dignam, ut omnibus commendetur; quia aliis scientiis amoenior et fructuosior est. Deinde subjunget de historiæ suavitate dubitari non posse, quia discere in genere homini jucundum est, præcipue, quando id sine magno conatu fieri potest, quod certe in historia deprehenditur, quia per eam homo multa et quidem mediocri conatu discere potest. Ad hoc confirmandum faciet comparationem cum aliis scientiis 1mo cum Mathematica, quæ difficultate sua homines magis deterret, quam pulchritudine sua ad discendum invitet; cum Philosophia, quæ nunquam tam multos habuit amatores, ut non plures habuerit obtrectatores: contrarium autem invenitur in historia.

Elaboratio.

Cum unaquæque res tanto magis commendari meretur, quanto plus utilitatis et jucunditatis continet; tum a nemine in dubium vocari posse puto historiæ scientiam omnibus commendandam esse; eo quod nulla pars studiorum humanitatis aut amoenior illa, aut fructuosior esse possit. Nam si nihil est hominis animo jucundius, quam discere; et eorum, quæ suapte vi ac natura jucunda sunt, tanto quidque jucundius est, quanto minus molestiæ et laboris exhibet; quis de historia suavitate dubitare audeat; cum scriptorum genus nullum sit, ex quo multa, tum ad proprium, tum ad aliorum, imo totius reipublicæ commodum et mediocri quidem contentione hauriri possint?

Artium præcepta, quæ traduntur, molesta sunt, Mathematica non plures pulchritudine sua instant, quam difficultate absterrent; illa ipsa princeps et regina artium Philosophia nunquam tam multos habuit studiosos sui, ut non multo plures obtrectatores habuerit: una historia est, quæ omnium studia alliciat, aures teneat, animos mulceat; a qua si quis abhorrere se dicat, parum abest, quin ipse se ne hominem quidem fateatur.

7

Continuatio

Thema: Ulterius fiet comparatio a medico, qui quo plures ægrotos invisit et curavit, illi longe anteponendus est, qui solum ex Hippocratis libris medicam scientiam hausit, quin vel unicum ægrotum inviserit, eo, dem siquidem modo ad consulendum multo magis valet, qui in historiis versatus est, quam qui ex scriptis Philosophorum dogma, ta quædam hausit. Deinde addet utrumque quidem laudandum esse; verum si alterutro sit carendum, eum præponendum esse, qui exercitatus et versatus in rebus factis ~~sit~~ est, quam qui de universo genere erudite disputare callet, expers tamen exerci, tationis: prior magis pro scholis, alter pro consiliis dandis va, lebit.

Elaboratio.

Etenim Philosophi primas rerum causas inquirunt, in præceptis communibus, latissimeque patentibus occupantur; singula non fere considerant: omnis autem actio, omnisque deliberatio singulis in rebus versatur; neque quisquam unquam, t num bellum geren, dum foret, sed num huic populo adversus illum hoc tempore geren, dum foret, deliberabit. Ut igitur medicus, qui multis ægrotis ad, sederit /adstiterit/, multos curaverit, multis arteriam exploraverit, ve, nam secuerit, medicamenta miscuerit, quid ex quoque accidere soleat, notaverit, sæpe ad medendum utilior est eo, qui majorem quidem rerum medicarum scientiam ex Hippocratis libris hauserit, sed illa cognitione contentus nunquam hominis ægroti lotium aspexerit: sic ad consultandum melior, qui multa ejusdem generis singularia in historiis adhibito judicio notaverit, quam qui ex Philosophorum

scriptis communia quædam vivendi præcepta cognoverit. Optandum est, ut utrumque adsit; sed si alterutro carendum sit, malim exercitatum et expertem homine sine ulla universa cognitione totius generis, quam erudite ac subtiliter de universo genere disputandi peritum usus et exercitationis expertem. Hunc in schola libentius audias: illum in consilium utilius adhibeas.

Continuatio

III Nonas Maji.

Pro epilogo dicat, multo plura in laudem historiæ dici posse; sufficere autem, quæ hucusque de jucunditate et utilitate dicta fuerunt. Pura experietur is, qui historias diligenter perlecturus est. Dein fiet brevis recapitulatio de jucunditate et utilitate historiæ, post quam unumquemque Orator hortabitur, ut Historicorum scripta frequentius pervolvat, et quid ex quovis vecutum sit, diligenter notet et observet, ut hoc modo se aptum reddat et ad recte vivendum et bene sibi, aliisque consulendum.

Elaboratio.

Nimis longum foret omnia, quæ ad historiæ laudem faciunt adducere; cum vero ea luce clariora sint, sufficiat de jucunditate et utilitate historiæ pauca dixisse. Qui uberiores ex ea fructus colligere desiderat; ipsemet periculum faciat, ipsemet floridum historiæ campum pro opportunitate temporis oculis percurrat, exemplo suo experturus, in nulla re studium utilius atque jucundius, quam in historiis collocari posse. Voluptatem certe non capiet exiguam vivis tot rerum vicissitudinibus, tot gentium ac populorum diversis plane moribus, ritibus et consuetudinibus perspectis, tot denique majorum nostrorum factis heroicis, ingeniosis inventis, belliciisque expeditionibus uno quasi obtutu mentis oculos subjectis: prudentiam vero in rebus agendis, dexteritatem in dandis consiliis conquiret tantam, quantam vix omnibus belli, pacisque artibus instructissimus, usu tamen et exercitatione destitutus, diuturno labore ac studio sibi comparaverit; cum ex iis, quæ olim facta, quæque ex iis consecuta sunt, quid nostra quoque ætate rebus similiter constitutis eventurum

sit

sit, non tam conjici, quam certo affirmari possit. Nemo itaque historiæ
studium contemnat, nemo illud tanquam rem levis momenti negligat;
quin potius, quisquis prudentiæ laude excellere appetit, quisquis tot in-
ter rerum vicissitudines, variantisque fortunæ casus animi constantiam
retinere cupit; quisquis in dubiis, subitisque eventibus sibi, aliisve recte
consulendi facultatem conciliare exoptat, Historicorum scripta terrere,
quæque in his aut illis rerum adjunctis evenerit, diligenter notare non de-
trectet, deprehensurus ibidem haud dubie exempla et documenta quam
plurima et ad recte vivendum, et ad bene sibi aliisque consulendum.

Continuatio.

Calendis Maji.

Thema. Pro ulteriori confirmatione adducet monitum Basilii Orientis Imperatoris, quod filio suo Leoni Sapienti dedit, ut veterum historias diligenter pervolveret, quod ibi sit reperturus, quae alii magno labore congesserunt. Amplificabiturque addendo causam, quae eos ad ejusmodi consilia permovit, quia scilicet ingenii sui perspicacitate noverant neminem vel ad imperii gubernacula vel ad consilia danda sine historiarum notitia aptum esse. Postremo tandem idem confirmabitur testimonio ipsius DEI, qui historiam Heroum, Ducum et Regum populi Israelitici conscribendam curavit, ut posteri eorum exempla et virtutes majorum suorum imitarentur.

Elaboratio.

Non mirum itaque, Basilium Orientis Imperatorem inter cetera monita, quibus filium suum Leonem Sapientem moderando imperio aptum effornare cupiebat, vehementer adhortatum esse, ut veterum historias non inspiceret modo, sed et sedulo pervolveret; in iis se levi compendio repertarum, quae alii magno labore et conatu congesserunt. Noverant quippe viri illi sagacissimi et in populis regendis experientissime virtutis, historiam esse lucem veritatis, testem temporum, et nunciam vetustatis, quam qui teneret, et sibi et aliis bene consulendi dexteritate pollere; ignorantem vero in ea administrii habenas feliciter moderandas omnino ineptum esse. Quidquid ipse DEUS, cujus providentia commodis nostris nunquam non invigilat, nos docere voluerit, quantum emolumenti conferat ad mores nostros recte instituendos historica scientia; ut enim tot Heroum, tot Ducum, tot Regum, qui populo illi antiquo /Israeliticum intelligo/ maximo ornamento fuerunt, perpetua exstaret memoria, non est passus eorum facta praclara silentio tegi, sed ad posterorum profectum ea litteris mandanda curavit, ut et virtutes haberent, quas imitarentur, et exempla, quibus ad facta similia excitarentur.

VI Calendas Maji.

Continuatio

Thema. Ulterius confirmabitur idem argumentum exempło magnorum principum, qui aut ipsimet historias diligenter pervolutarunt, aut homines in historiis versatos potißimum in conßiliarios suos aßumserunt; ejuwmodi fuit 1mo Alexander magnus, qui historiam Xenophontis de Cyri vita et actis non volum frequenter pervolvit, verum etiam virtutes illius imitari conatus est. 2do Gratianus Imperator, qui facta anteceßorum suorum frequentius perlegendo in se ipso ita expreßit, ut principibus posteris eximium virtutum exemplar evaserit. 3tio Caroli 5ti, qui historiam Thucydidis toties perlegit, ut eam fere memoriter teneret.

Elaboratio.

Jua quidem causa fuit, quod summi interdum, amplißimorumque regnorum moderatores rerum antegestarum historias vel ipsimet studiose pervolutarent aut eos plerumque, quos in ejuwmodi monumentis multum versatos esse scirent, in conßiliarios sibi adsciscerent. De Alexandro magno certe accepimus, eum Xenophontis cyropædiam tantum adamaße, ut in ea pervolutanda non aßiduus modo fuerit, sed et virtutes principis hujus ad amußim imitandas sibi proposuerit. Gratianum autem Imperatorem sedula facinorum lectione, quibus anteceßores sui celebre sibi nomen pepererunt, tantum profeciße cognovimus, ut eximium fortitudinis, justitiæ, pietatis, cæterarumque virtutum exemplar principibus posteris evaserit. Quid Carolum 5tum Cæsarem commemorem, qui Thucydidis historiam de bello peloponeßiaco, cui ipsemet intererat adeo familiarem sibi reddidit, ut eam pene memoria teneret?

Continuatio

VII Duum Junii.

Thema. Pro confirmatione adducet primo Orator narrationem dicendo, se hoc loco non velle prohibere lectionem omnium librorum, qui vel a gentilibus vel ab aliis a Religione alienis hominibus conscripti fuerunt, quoniam in eis multa reperiuntur, quæ non modo sine offensione legi possunt, sed etiam ad acuendum ingenium, et mores perpoliendos multum serviunt; adducetque per figuram repetitionis se ad hoc dicendum motum fuisse auctoritate non solum eruditissimorum hominum, sed etiam Sanctorum Patrum Primæva Ecclesiæ e.g. Basilii magni, Gregorii Nazianzeni, Chrysostomi et aliorum, qui non modo Philosophos et Poetas gentiles legerunt, sed etiam ad acquirendam eloquentiam et sermonis venustatem studiose imitati fuerunt, quin unanimem sensum sapientissimorum virorum et celeberrimorum Doctorum, qui gentilium monumenta scriptorum non modo ad condiscendam linguam græcam et latinam multum prodesse, sed etiam ad refellendos eorum errores arma suppeditare.

Elaboratio.

Dum de librorum legendorum delectu in præsentia disero, nemo velim arbitretur, me lectionem librorum tam arctis velle circumscribere limitibus, ut nonnisi eos, qui aut pietatem spirant, aut a piis et religiosis hominibus conscripti sunt, legendos, cæteros vero, qui aut gentilium, aut a Religione nostra alienorum scriptorum nomina præferunt, quantacunque divites doctrina, amandandos, et Christianorum scholis excludendos esse putem. Non enim me latet, multa in iis deprehendi,

quæ sine offensione legi possunt, quin imo non pauca, quæ tum ad acuen„
dum ingenium, tum ad mores perpoliendos non parum momenti adfe„
runt. Scio scripta gentilium Philosophorum et Poetarum non nostra pri„
mum ætate, sed et apud veteres tanta auctoritatis, tantoque in pretio
fuisse, ut ab eruditissimis, sanctissimisque viris studiose evolverentur.
Scio ipsos Primævæ Ecclesiæ Patres: Basilium, Gregorium Nazianzenum,
Chrysostomum, aliosque in iis pervolutandis non assiduos modo fuisse,
verum etiam auctores eorum tam attento animo imitatos, ut quid„
quam in sermonibus suis suavitatis, quidquid eloquentiæ, quidquid
venustatis habent / habent autem ferme omnes quam plurimum / ex
illis gentilium fontibus hausisse ac traduxisse videantur. Scio unani„
mem sapientissimorum hominum, Doctorumque celeberrimorum sen„
sum et judicium esse, gentilium monumenta scriptorum non ad lin„
guæ solum tum græcæ tum latinæ intelligentiam magnum lumen
præferre, sed etiam ad refellendos paganicæ superstitionis errores ar„
ma suppeditare, ut nimium vel timidus vel morosus foret, qui Chri„
stianos eorum lectione universum interdicere vellet.

Idibus Junii.

Continuatio

Thema. De alio itaque genere librorum dicet Orator sibi loquendi propositum esse nempe de impuris, de impiis, deque variorum errorum et obscoenitatum refertis, cum fieri non possit, quin eos legendo ipsimet aut in errores, aut in obscoena flagitia incidamus, eo quod hujusmodi libri miram quandam vim continent hominum corrumpendi et mores pervertendi, ut majus periculum sit, libros hosce legere, quam inter corruptissimos homines versari; quod per figuram repetitionis demonstrabit ab experientia; multos scilicet jam lectione perversorum librorum in fide et pietate naufragium fecisse, multos in medio cursu pietatis, dum in ejusmodi libros inciderent omnibus ornamentis exutos et spoliatos fuisse.

Elaboratio

De his itaque libris, quos diuturnus usus in scholas induxit, et juventuti prælegendos publica constituit authoritas, præsens sermo non procedit; aliud longe librorum genus mea respicit oratio, quorum lectio ad privatam non modo cujusque corruptelam, sed, quod caput est, ad totius reipublicæ perniciem magnam vim habet; malos ego libros intelligo, hoc est corruptos et perversis dogmatibus refertos, hoc est impios, hoc est obscoenitatis alicujus magisterio et turpitudinis infames, hos ego cavendos, abjiciendos, exterminandos dico. Via enim fieri potest, quin eos legendo et manibus tractando aut in fide vacillemus aut in libidines et flagitia prolabamur. Habent namque hujusmodi libri, nescio quid lenocinii, ut sermonis jucunditate et suavitate mirifice in mentes hominum influant, easque protrahant in errores, præcipitent in scelera, quo fit, ut nonnunquam minus periculi habeat sceleritatis ac flagitiosis familiaritate jungi, quam impiorum ac corruptorum (lectione librorum) morari

nec quisquam de dicti hujus veritate dubitabit, si consideraverit, quam multi jam perversorum lectione librorum in fide et pietate naufragium fecerint; quam multi in medio honestatis cursu, et in præcipua anteactæ vitæ laude quasi ex itinere in ea diverticula seve proripientes, fœdissime spoliati, atque omnibus ornamentis exuti fuerint.

Matthe Joannes B:

Thema. Lectio librorum impiorum aut turpium omnibus quidem periculosa est, adolescentibus autem periculosissima.

VIII Calendas Junii In exordio dicet magnam cautionem in delectu librorum faciendam esse, dilatando hoc per periodum quadriniembrem. Deinde adducet causam dicendo; in tanta copia librorum multos reperiri, qui aut perversa dogmata aut impuritates continent, concludetque ex eo per comparationem, ut eodem modo quo sibi quisque optimum et doctissimum magistrum seligit; ita quoque sibi non nisi bonos et omni impuritate vacuos librum ad legendum seligat, quia libri perversi multo magis noxii sunt, quam perversi magistri.

Elaboratio.

Quamquam nemini dubium esse potest, lectionem librorum ideonorum tum ad scientias combibendas, tum ad pietatem fovendam multum semper contulisse, et hodiedum conferre, quod totidem veluti magistri sunt, qui nos vel ad litteras aut ad pietatem instituere conantur: magna tamen in delectu eorum cautio adhibenda est, ne dumineiu eruditionem aut impietatem quarimus, animabus vestris ruinam et perniciem adsciscamus. Cum enim in tanta librorum copia non pauci reperiantur, qui aut falsorum dogmatum veneno infecti, aut impuritatum coeno respersi sunt, quis non videt sollicite providendum esse, ut pala a frumento, coenum ab auro secernatur, id est: ut libros inter ac libros diverimen fiat, nec omnibus omnino promiscue, nec quorumlibet librorum lectio facile concedatur. Si enim in magistrorum delectu tam cauti sumus, ut is, qui juris sui est, non nisi optimos ac doctissimos inquirat, cisque se erudiendum committat. At

non idem in libris eligendis, qui muti magistri appellantur, faciendum esse putatis, praesertim, cum hi nonnunquam oculos censorum subterfugiant, illi contra censoribus subjiciantur, quot auditores numerant; hi saepius falsa pro veris, putores pro odoribus vendi-tent, illi contra pro muneris sui officio falsa aut obscoena opponere vereantur.

Continuatio

Ulterius res confirmabitur exemplo parvulorum puerorum, qui narrationculis ita delectantur, ut sapius luxum, cui vacant, abrumpere non dubitent, quo aliquem fabellas narrantem audire possint. 2do Ab illis ipsis, qui litterarum osores sunt; nam ut speciem aut simulacrum hominis aliquod retineant, ab historia penitus non abhorrent; quare in eorum cubiculis, coenationibus, ubi luxui vacare solent, praeter instrumenta ad ludendum apta in mensa aut abaco nonnunquam liber historicus aut aliquid simile continens deprehenditur, nempe, hic fiet comparatio dicendo, sicut illi, qui acrimoniam vini non ferunt, mustum bibunt, ita etiam pueri aut pueris similes inanibus se fabellis ob similitudinem aliquam cum historia oblectant.

Elaboratio

Parvulos pueros, in quibus natura vis maxime elucet, verissimeque perspicitur, nulla re magis, quam narrationculis duci videmus, qui etiam saepe, ut aliquem fabulas narrantem audiant, eas ipsas, quibus, cum maxime operam dant, ludunculas deserunt. Isti superbi ac divites librorum et litterarum omnium osores, qui sibi e solido ac supino pulcherrimarum rerum contentu gloriam quaerunt, ut tamen sic quoque aliquod simulacrum ac vestigium hominis retineant, ab historia penitus non abhorrent. Itaque in illis ipsis quoque atriis, coenationibus, et cubiculis, unde alia omnes litterae, omnisque honestas exulat, immensa tamen aliqua, aut in abaco interdum videas expositos una cum teseris et fritillis, caeteroque instrumento alealorio, etiam libros, aut historiam, aut historica utcunque quid simile continentes. Ut enim mustum bibunt, qui vini veteris acrimoniam ac austeritatem non ferunt: sic pueri et viri puerorum similes, quia serio scriptae historiae gravitatem, severitatemque non intelligunt, inanibus se fabulis propter quamdam illarum cum historia similitudinem oblectant.

5a.

Materia Testaminis

Duo Juvenes media Grammatices classis ex schola secunda exeunte anno scholastico in academico Leopoliensi Gymnasio subiverunt.

I. Ex Libro scholastico.

a. Caput 3.tium De syntaxi integra — — — a fol 71. ad 117.
b. Appendix I.a De Calendario romano. — a fol 117. ad 122.
c. " II. De regulis construendorum Colloquiorum a fol. 122. ad 131.

II. Ex Volumine

a. Ex Severo Sulpitio — — — a fol. 1. ad 18.
b. Ex Eutropio — — — a fol 108. ad 125.
c. Ex Cornelio Nepote de excellentibus Imperatoribus
de Miltiade.
de Themistocle
de Datame
de Hannibale — — a fol. 171. ad 210.

III. Ex Catechismo.

Caput. 4.tum De Sacramentis in genere et specie a fol. 110. ad 171.

IV. Ex Historia universali

Periodus 6.ta ab Alexandro usq ad Christum a fol. 126. ad 138.

V. Ex Historia naturali.

a. Caput 3. de Amphibiis — — — — a fol. 76. ad 82.
b. n. 4. de Piscibus — — — — a fol 83. ad 91.
c. n. 5. de Insectis — — — — a fol. 92 ad 104.
d. n. 6. de Vermibus — — — — a fol. 105. ad 111.

VI. Ex Geographia.

a. De Circulo Burgundico — — — — a fol. 1. ad 117.
b. De Bohemia — — — — a fol. 120. ad 160.
c. De Moravia — — — — a fol. 160. ad 174.
d. De Silesia — — — — a fol. 175. ad 190.
e. De Lusatia — — — — a fol. 191. ad 196.

VII. Ex Arithmetica.

Caput 2.um De Regula Proportionis — a fol. 56. ad 61.

VIII. Ex Graeca.

Ex Capite 2.do De Numeralibus
— — de Pronomine
— — de Verbo — — — a fol. 117. ad 177.

Materia Tentaminis

Quod Juvenes Media Grammatices Classis ~~in Leopo~~ ea schola 2da in Leopoliensi academico Gymnasio primo semestri anni 1797, et 98vi subiverunt.

I. Ex Libro scholastico

a. Caput I. De Orthographia latina — — a fol. 1. ad 9.
b. Cap. II. De praeteritis et supinis verborum. a fol. 10. ad 62
c. Cap. III. De syntaxi — — — — a fol. 71. ad 83.
d. Ex Erasmi Roterodami Colloquiis — — a fol 131. ad 140.
e. Ex eiusdem Libello de Civilitate morum puerilium
De Moribus in templo
— — in Congressibus
— — in Lusu. — — a fol 148. ad 159.
f. Syllogae adagiorum ab initio ad finem usqs — ~~a fol.~~
g. Ex radicibus latina lingua a Lit. A. ad Lit. D.

II. Ex Catechismo

a. Caput II. De virtute spei repetitum. a fol 60. ad 69.
b. Cap. III. De virtute charitatis. a fol 70. ad 110.

III. Ex Historia universali

a. Periodus 1ta A Romulo ad Cyrum usqs a fol. 91. ad 107.
b. Periodus 3ta A. Cyro usqs ad Alexandrum a fol. 107. ad 125.

IV. Ex Historia naturali.

a. Caput I. De animalibus in genere. a fol. 38. ad 61.
b. Cap. II. De avibus - - - a fol. 61. ad 76.

VI Ex Geographia.

a. De veteri Geographia - - - a fol.

VII. Ex Arithmetica.

a. Cap. I. De quatuor speciebus simplicibus. a fol. 17. ad 39.

VIII. Ex Graeca.

a. Ex Cap. 2.do De Substantivorum et Adjectivorum declinationibus, istorumque comparationibus. a fol. 57. ad 117.

V. De Ritibus Romanorum

a. Caput. I. De Ritibus vitam privatam attinentibus a fol. 2. ad 40.

IIa.

Compendiaria notitia
De ortu et progressu Domus Habsburgico-Austriacæ

2. Unde repetenda est origo Augustæ Domus Habsburgico-Austriacæ?

R. Origo Augustæ Domus Habsburgico-Austriacæ repetenda est ab Ethicone 1.° Alemanniæ Duce e Comitibus Altenburgicis, qui obiit anno reparatæ salutis 699.

2. Cur ab Ethicone origo domus Habsburgico-Austriacæ repetenda?

R. Quia multi ab Ethicone descendentes Comites Altenburgii simul erant Comites Habsburgici et Alsatiæ Comites provinciales.

2. Quis inter descendentes ab Ethicone notatu est dignissimus?

R. Inter descendentes ab Ethicone specialem memoriam meretur Tancricus v. Werinerius nomine 1.us Episcopus Argentoratensis, qui arcem Habsburg ad fluvium Aarim in Helvetico pago, vulgo Cantone Bernensi exstruendam curavit, unde Comites Habsburgici nomen habent.

2. Quæ factiones eorum præmittenda sunt, qui ex stirpe Habsburgica originem duxerunt?

R. Factiones eorum, qui ex stirpe Habsburgica originem duxerunt, præmittenda est notitia de Austria, deque provinciis cum ea connexis.

2. Quid potissimum de Austria, et provinciis cum ea connexis est scitu necessarium?

R. De Austria et provinciis cum ea connexis, scilicet Styria, Carinthia, Carniola scitu necessarium est, eas antiquitus Norici partes fuisse; Tyrolim vero ad Rhaetiam spectasse quae olim Germaniae fines constituerant.

2. Qui populi Austriae provincias incoluerunt?

R. Austriae provincias olim populi origine Germani partim, partim Slavi incoluerunt.

2. Quis Norico praefuit?

R. Norico reges praefuerunt, e quibus Marobudg regni Marcomannici fundator in Moravia notatu dignissimus est.

2. Quam mutationem subiit Noricum anno post Christum natum X^mo.

R. Anno post Christum natum decimo imperante Roma Octaviano Augusto, Noricum eam subivit mutationem, ut duobus Tiberio et Germanico fuerit Romanis subjectum, et in provinciae formam redactum, cui Propraetores more Romanis consueto praerant, quorum aliqui ad imperatoriam usque dignitatem evaserunt.

2. Quamdiu Noricum Romanis erat subjectum?

R. Noricum usque ad saeculum 5^tum post Christum natum erat subjectum, quo tempore Boji magnam Norici partem occuparunt.

2. Quis Noricum Bojis rursus eripuit?

R. Noricum Bojis rursum ereptum fuit a Carolo

M. Francorum Regem et Germanorum Imperatorem, qui Thassilonem S.tum Boiariæ Ducem detinentem contra ipsum arma sumentem prælio vicit, et regno cauit, ac provinciam hanc Comitibus primum, deinde Marchionibus gubernandam tradidit.

2. Quid refert historia de dignitate Comitum et Marchionum, qui Norico præerant?

R. Historia refert, dignitatem Comitum et Marchionum p.Norico præfectorum nequaquam hereditariam fuisse, quia Ludovicus Imperator Waldricum et Geroldum comites dignitate sua exuit; Henricus I.mus autem Albertum et Leopoldum anno Christi circiter 1020.to Austriæ Marchiones instituit.

2. Quis primus Austriæ Ducis titulum obtinuit?

R. Henricus 2.dus Leopoldi S. filius a Friderico Barbarossa Romanorum Imperatore anno 1156.to primus Austriæ Dux salutatus, multis aliis prærogativis est ornatus.

2. Sub Austriæ Ducum post Henricum 2.dum inclaruit?

R. Post Henricum 2.dum Fridericus 2.dus Austriæ Dux bellicosus appellatus, et postremus e stirpe Babenbergensi magis inclaruit.

2. Qua ratione Fridericus 2.dus Austriæ Dux magis inclaruit?

R. Fridericus 2.dus Austriæ Dux ea ratione magis inclaruit, quia Carniolenses, deficiente prosapia Marchionum stirpe, cum sibi sponte elegerunt; quam electionem Fridericus 2.dus Imperator non gratam modo habuit, et Carniolam Ducatus nomine insignivit, sed et ei titulum Archiducis contulit,

qui tamen paulo post in conflicto cum Hungario habito obiit anno 1276.

2. Quid post Friderici 2di mortem Austria capta est?

R. Post Friderici 2di Austriæ Ducis mortem Austria ipsa cum provinciis eidem annexis vacua expecta est vicissitudines, et rerum perturbationes.

2. Qua Austria vicissitudinum est notatu dignissima?

R. Inter vicissitudines Austriæ illa notatu est dignissima, quod Ottocarus Boemiæ Rex Austriam, et magnam partem Styriæ subegerit, et Carinthiam ab Illirico Ente eo defuncto regere coeperit. anno 1269.

2. Quid de factis Ottocari Boëmiæ Regis censendum?

R. Facta Ottocari Boëmiæ regis oppido mala fuerunt; is enim Margaritam Friderici belligeri sororem in conjugem assumtam repudiavit, Rudolphum a suffragiis Procerum Germaniæ Imperatorem electum agnoscere renuit; omnia immoderate gessit, quapropter proscriptus victusque a Rudolpho anno 1276. Austriam, Styriam, Carinthiam et Marchiam Vindelicam Rudolpho Imperatori tradere coactus fuit.

2. Qua ratione Ottocarus obiit?

R. Ottocarus Boëmiæ rex in prælio cruento occisus fuit anno 1278. eo quod etiam victus a prævis consiliis adversus Imperatorem finitis non abstinuerit.

Q. Qua mutatio facta in Austria, cum in potestatem Rudolphi Imperatorio devenisset?

P. Postquam Austria in potestatem Rudolphi Imperatorio pervenisset, eam in Comitio Augustano anno 1282. Alberto filio cessit hac lege, ut se Imperatorio clientem fiduciarium profiteretur.

Q. Quam rationem iniit Rudolphus ad Imperium magis firmandum?

P. Rudolphus ad imperium magis firmandum tres filias suas potentissimis Germaniae Principibus, videlicet: Ludovico comiti Palatino ad Rhenum, Alberto Duci Saxoniae, et Ottoni Marchioni Brandenburgico matrimonio junxit.

Q. Quid in Italia regno sub Imperatore Rudolpho notatu dignum accidit?

P. Sub Imperatore Rudolpho Italiae regnum in partes distractum penitus corruit; quia etsi vel petitio liberius eo invitaret, nunquam tamen profici voluit.

Q. qualem se Rudolphus exhibuit erga rem Germaniae convulsam?

P. Rudolphus erga rem Germaniae vehementer convulsam restauratorem se exhibuit, quia eversis compluribus arcibus, praedonum receptaculis securitati civium consuluit, lites et dissidia composuit, edictisque optimis statutis eam mirifice revocavit.

Q. Qua ratione, et quando Rudolphus Imperator obiit?

P. Rudolphus Imperator fortitudine, justitiaque amore nemini secundus, senio ac laboribus fractus obiit in Oppido Germersheim ad Spiram anno Christi 1291.

cum vixisset annis 73. et imperasset annis 18.

2. Quis post obitum Rudolphi suscepit in ditionibus austriacis.

R. Post obitum Rudolphi in ditionibus Austriacis suscepit Albertus ejus filius, qui interemto Adolpho, Nassavia Duce sibi quoque viam ad Imperium parasset.

2. Quem Albertus in vindicando sibi Imperio adversarium nactus est?

R. Albertus in vindicando sibi Imperio maximum habuit adversarium Archiepiscopum Moguntinum, cujus opera etiam res eo deducta est, ut Adolphus cum eo Nassavius cognatus illius Imperator creareth, quod sibi adularet, cum tuncta ad nutum ipsius administraturum.

2. Qua ratione Adolphus Imperator Imperii negotia administravit?

R. Adolphus Imperator Imperii Germanici negotia adeo male administravit, ut omnium Germanorum odium universale incurret, cujus Albertus I.us omnium suffragiis opponeretur, qui prope Wormatiam in conflictu eundem Imperatorem manu sua prostravit.

2. Quid in Alberto I.o Imperatore Proceribus Germaniæ displicuit?

R. In Alberto I.o Imperatore avaritia studium Germaniæ Proceribus cumprimis displicuit, quum opibus corradendis nimium intentus erat.

2. Quam expeditionem notatu dignam Albertus I.us suscepit

R. Albertus I.us expeditionem in Helvetios suscepit, qui a præfectis Austriacis multum afflicti seditio-

Adolphus Imperio

nem fecerant, in qua expeditione a Joanne fratris filio, quod ei ademtum Principatum reddere abnueret, in Balneo interfectus est.

2. Quis Alberto 1°. successit?

R. Alberto 1°. in Austria provincia successit Friderici Pulcher Ludovici Bavari in imperatoria dignitate emulus, a quo victus, captusque, redemptus post iterum dimissus est.

2. Quis inter Friderici fratres praecipuae memoriae dignus est?

R. Inter Friderici Pulchri fratres singulari memoria dignus est Albertus 2dus. Sapiens dictus, qui solus e fratribus Austria provincias obtinuit.

2. Quis post Albertum 2dum Austria praefuit?

R. Post Albertum 2dum Austria hereditatem inter complures fratres adiit Albertus 3tius vulgo mit dem Zopf appellatus a quo etiam Linea Domus Austriaca originem sumsit.

2. Ad quem ditiones Austriaca mortuo Alberto 3°. devoluta sunt?

R. Mortuo Alberto 3°. ditiones Austriaca ad Albertum 4tum. devolutae sunt, qui patrius et Miraculum mundi dictus est.

2. Quis fuit Alberti 4ti. successor?

R. Alberti 4ti. successor erat ejus filius Albertus 5tus. qui post obitum Sigismundi Imperatorii sub nomine Alberti 2di. Imperator factus anno 1438. simulque regnis Hungaria et Boemiae obtentis, altero mox anno, cum bellum adversus Turcas Belgrado imminente, pararet, praematura morte extinctus est. anno 1440.

2. Quis dilationes Austria a morte Alberti 5ti obtinuit?

R. Caluneto Alberto 5to provincias Austria Leopoldus Probus Alberti 2di frater obtinuit, qui prelio infelici prope Sempachum a Helvetijs caesus est.

2. Quis inter Leopoldi Probi filios notatu dignior est?

R. Inter Leopoldi Probi filios notatu dignior est Ernestus dictus ferreus, cujus filius Fridericus 3tius post Albertum 2dum imperatoriam dignitatem sub nomine Friderici 3tii est consecutus.

2. Qua inter gesta Friderici 3tii memoratu digna censentur?

R. Inter gesta Friderici 3tii quod primus Archiducis Austria titulum assumserit; 2do. quod Vindobona, seu Vienna episcopatum erexerit; 3o. quod cum Matthia Hungarorum Rege gravissimum et infelix bellum gesserit, quo Hungari totam propre Austriam, quin et Viennam ipsam occuparunt, qua dein a Wladislao Matthia successore reddita fuit. tandem quod a Friderici 3tii temporibus usque ad obitum Caroli 6ti dignitas imperatoria penes Domum Habsburgico-Austriacam per 300. annos quasi hereditaria manserit.

2. Quis a morte Friderici 3tii regni gubernacula gessit?

R. A morte Friderici 3tii qua 1493. consecutus est, regni et Imperii gubernacula gessit filius ejus Maximilianus 1mus ob praeclara gesta Magnus appellatus, qui ducta in Matrimonium Maria Caroli Audacis Burgundiae ducis filia terras Austriacas nova hereditate auxit, qua Belgii provincia, et tota

Burgundia Austria obvenerunt.

Q. Qua de Maximiliano 1.° specialiter notanda?

R. De Maximiliano 1.° sequentia specialem memoriam merentur. 1.° turbas post mortem conjugis in Belgio gestas cum proprio quidem periculo, prospere tamen ab eo fuisse compositas; 2.° probam in Germania consuetudinem de jure privatim diffidendi instituto Spirae Camera Imperialis judicio fuisse sublatam; 3. Germaniam in 10. circulos divisam; 4. militiam in meliorem ordinem redactam, et curiosum veredariorum inventum; ob quas, aliasque res praeclare, sapienterque gestas Germania Salomon merito appellari.

Q. Quis Maximiliano 1.° successit?

R. Maximiliani 1.° in hereditariis Austriae provinciis erat filius ejus Philippus, qui, tamen si vivente adhuc patre vitam est, domus tamen Austriaca potentiam insigniter auxit ducta in matrimonium Joanna Ferdinandi Catholici regis Hispaniarum unica filia et haerede, cum qua praeter Hispaniae regnum Neapolitana provincia, Sicilia et Sardinia insulae in jus Austriacorum concesserunt.

Q. Quis mortuo Philippo provincias ad Hispaniae regnum pertinentes obtinuit?

R. Mortuo Philippo ao 1516. filius natu major Carolus non solum provincias Hispaniae adnexas obtinuit, sed et avo Maximiliano 1.° anno 1519. defuncto in ditionibus Austriacis et Imperio sub nomine Caroli 5.ti successit.

Q. Quibus rebus gestis Carolus 5.tus inclaruit?

P. Carolus 5.^us multis rebus bello gestis inclaruit; nam ter in Germaniam, in Italiam 7.^us in Galliam 8.^ter, in Hispaniam 6.^us in Belgium 10.^ies, in Angliam bis, et toties in Africam expeditionem suscepit, undecies maris remensor, et 50. in praelijs semper victor.

Q. Ubi Carolus 5.^us supremum diem obiit?

P. Carolus 5.^us virtute, rebusq; praeclare gestis maxime conspicuus, tandem duobus annis ante mortem regni curis depositis in Coenobio S.^ti Justi in Hispania post bimum vitam piissime clausit.

Q. Quis a Caroli 5.^ti morte regni gubernacula in Austria et Imperio capessivit?

P. At Caroli 5.^ti morte Austriae et Imperii gubernacula capessivit Ferdinandus 1.^us frater Caroli 5.^ti Princeps pius, eruditus, pacificus, et justitiae cumprimis amans, cujus symbolum erat: fiat justitia, et pereat mundus.

Q. Quae sunt Ferdinandi 1.^i res gestae celebriores?

P. Ferdinandi 1.^i res gestae celebriores sunt, quod matrimonio cum filia Ludovici 2.^di Hungarorum Regis uxore inito, ergo in bello contra Turcas occiso Hungariae regnum hereditate, et paulo post etiam Boemiae regnum per electionem obtinuerit, cumq; his regnis Moraviam quoq; Silesiam et Lusatiam sibi, posteriusq; suis vindicaverit, deinde quod Turcas Viennam obsidentes feliciter depulerit, atq; terrore perculsos in fugam egerit; tandem quod Germaniam suo imperio pacatam servaverit.

2. Quem Ferdinando 1°. regum Austriacarum scriptores subjungunt?

R. Quidam earum Austriacarum scriptores subjungunt Ferdinando 1°. Carolum Archiducem, de cujus quidem gestis vitaq; tempore nihil certi constat.

2. Ad quem post Ferdinandum 1.um res Imperii devoluta fuerunt?

R. Post Ferdinandum 1.um regimen Imperii devolutum est ad filium ejus Maximilianum 2dum, qui imperante arma paterunt; quieverunt; nihil itaq; singulari nota dignum in medium afferri potest.

2. Quid de Rudolpho 2do. Maximiliani 2di successore notandum venit?

R. De Rudolpho 2do. Maximiliani 2di filio et successore notandum venit, sub illius regimine pacem quidem et tranquillitatem in Germania viguisse, subinde tamen bella Hungarica Germanis materiam virtutis exercenda praebuisse.

2. Num quod aliud bellum Rudolpho erat gerendum?

R. Praeter bellum Hungaricum etiam cum Turcis Rudolpho 2do. bellum erat gerendum, quo irruptione in Croatiam facta Bihatsch civitatem occupatam, et Sisekium in Slavonia obsederunt; sed exigua manu Hungarorum et Croatorum 6000. Turcarum pene deleta sunt, et Sisekium obsidione liberatum.

2. Quid sublata Sisekii obsidione factum?

R. Sublata Sisekii obsidione duce Matthia Rudolphi fratre natu minimo alia quoq; civitates Turcis fuerunt ereptae, donec tandem pace cum Turcis mutuis muneribus firmata Hungari metu liberi domesticas turbas tollere coeperint, sed hisce mo-

tibus nondum maturis Rudolphus Imperator vitam cum morte commutavit anno 1612.

2. Cui Rudolphus 2.^dus imperium tradidit?

R. Rudolphus 2.^dus imperium cum reliquis possessionibus tradidit fratri suo Matthiæ, qui magna erga Protestantes fuit benevolentia, ideoque hoc imperante gliscentes inter Germanos discordes belli internecini scintillæ indies auctæ sunt, post obitum ejus in apertas flammas eruptura.

2. Quæ causæ belli sub successum Matthiæ Imperatoris exortæ?

R. Causæ suscepti 30. annis durantis belli sub exitum Matthiæ Cæsaris exorti fuerant 1.^o odium inter Catholicos et Protestantes religionis causa conceptum; 2.^do inanes querelæ Bohemiæ Protestantium, quibus Matthiam Cæsarem incusabant, ab eo jura et privilegia sua fuisse læsa.

2. Quid consilii captum a Matthia Imperatore ad occurrendum tumultui bellico per Protestantes exorto?

R. Ad occurrendum tumultui bellico per Protestantes exorto missi sunt a Matthia Imperatore tres viri illustres tanquam legati ad Bohemos, qui nomine Imperatoris ad eos verba facerent, animosque eorum placarent; quos illi contra non auditos per fenestram Cæsis Pragensis præcipites dederunt ao 1618.

2. Quid rebelles Bohemi præcipitatio e fenestra Legatio sub Matthia Imperatore egerunt?

R. Præcipitatio e fenestra Legatio sub Imperatore Matthia rebelles Bohemi comparato ex exercitu castra communiunt, indeq; in Austriam irruperunt, Matthia Imperatore interea imperoli decedente.

2. Cui Matthias Imperator totam suam hereditatem cessit?

R. Matthias Imperator totam suam hereditatem cessit Ferdinando 2do Styriæ Duci, et Ferdinandi 1. nepoti, cui multum negotii fuit cum rebellibus Bohemis.

2. Quæ causa tumultuum in Boemia ab hæreticis excitatorum sub Ferdinando 2do?

R. Causa tumultuum in Boemia ab hæreticis excitatorum sub Ferdinando 2. fuerant non servatæ conditiones, utipoi, sed falsò et inaniter querebantur, quasi ordines in deferendo regno præposuerant; quapropter Ferdinando 2do obsequium recusare, et Fridericum Palatinum Rheni pariter hæreticum Regem sibi eligere auoi sunt. Eo usq; perfidia et inconstantia Boemos perduxit!

2. Quali fortuna usus est Ferdinandus 2dus in comparandis bellis tumultibus in Boemia?

R. Ferdinandus initio belli cum Protestantibus non adeo prospera fortuna usus est: jam enim res Austriaca in summum videbatur adducta periculum, cum ex parte altera Bethlemius Transilvanus Hungariam subigere moliretur; ex altera vero populus Austriacus a seditione non alienum videretur gerere animum.

2. Quis tandem exitus belli cum Protestantibus Boemis?

Q. Bellum Protestantibus Boemis similtre creb-
dit; nam Fridericus Palatinus a Ferdinan-
do 2do, cui Maximilianus Bavaria Dux armis
suis auxilium tulerat, in monte albo ad Pragam
proelio victus est; postea Boemia in regni hære-
ditarii formam redacta, Moravia et Silesia re-
cuperata, et Bavaro Palatinatus superior cum
Electoris dignitate est tributus; Electori vero
Saxonico ob auxilium in recuperanda Silesia
præstitum Lusatia ea lege cessit, ut regni
Boemiæ se clientem fidutiarium perpetuo pro-
fiteretur.

2. Quomodo Ferdinandus 2dus usus est suis vic-
tricibus armis?

Q. Ferdinandus 2dus armis suis victricibus ad
pacandam quidem Germaniam summo studio
adnitebatur, sed mox votis suis obviam habuit
hostem Christianum Q.tum Daniæ Regem, qui
tamen brevi post in acie victus fugatusq.
pacem ultro petere cogebatur, quæ deinde Lu-
becæ scripta est ao 1629.

2. Num præter hos Ferdinandus 2dus adhuc
alium hostem habuit?

Q. Pace Lubecæ confecta paulo post Ferdi-
nandus novum nactus est hostem Gustavum
Adolphum Sueciæ regem, qui maxima par-
te Germaniæ subacta in prælio prope Lucer-
nam in Saxonia occubuit ao 1632.

2. Quid actum est Gustavo Adolpho interemto sub
Ferdinando 2do imperio?

P. Extincto Gustavo Adolpho sub Ferdinandi 2di imperio bellum contra Sveos, Gallos, et Protestantes Germanos magna virium contentione gerebatur, donec eorum exercitus ad Nordlingam ingenti clade fuisset affectus ao 1634. quo bello adhuc durante Ferdinandus 2dus e vivis sublatus est anno 1637.

Q. Quem Ferdinandus 2dus in imperio successorem habuit?

P. Ferdinandum 3dium. in imperio secutus est filius ejus Ferdinandus 3us Archidux Austriæ, rex Hungariæ et Boemiæ, felicitate, fortuna et virtutibus nemini secundus

Q. Quid notatu dignum gessit Ferdinandus 3us?

P. Ferdinandus 3us bellum 30. annorum, pace Westphalica Monasterii et Osnabrugæ ao 1648. concluso finivit, totiq; Germaniæ optatam diuturnam quietem reddidit.

Q. Quibus rebus Ferdinandus 3us concluso pace Westphalica præcipue erat intentus?

P. Concluso pace Westphalica Ferdinandus 3us rebus Imperii componendis præcipue erat intentus, quibus effectis, cum filio Ferdinando rege Romanorum rege prematura morte sublato Leopoldum Hungariæ et Boemiæ regem creatum hæredem instituisset, expletis in imperio 20. annis extinctus est. ao Christi 1657.

Q. Quæ sunt facta celebriora Leopoldi Ferdinandi 3tii successoris?

P. Inter celebriora facta Leopoldi Ferdinandi 3tii successoris omnis virtutum genere ornatissimi hæc speciatim memoranda veniunt: 1. cum Hun-

gariam victis iterum atq iterum Turcis ab eorum irruptionibus vindicasse; deinde rebellium Hungarorum, et conjurationis principes supplicio affecisse; postremum Galliae Imperium affligentes, et barbarica crudelitate omnia vastantes strenue reprehisse.

2. Quis erat eventus belli Turcici sub Leopoldo?

R. Bellum Leopoldi cum Turcis gestum prospere progressus habuit; quamvis enim Turca subbelli initium totam fere Hungariam inundaverint, Austriam invaserint, imo ipsam Viennam arcta obsidione in summas angustias redegerint, ope tamen divina, atq adjuvantibus Joanne Sobieski rege Polonorum, et Maximiliano Bavariae duce ingenti clade affecti obsidionem Viennensem anno 1683. solvere coacti sunt, tanta, tamq subita rerum mutatione, ut paucis post annis Hungaria, Transylvania, Croatia, Slavonia, aliaq vicina regiones felicibus Leopoldi armis Turcarum jugo exemta fuerint.

2. Quomodo sub Leopoldo bellum Gallicum et Turcicum finitum?

R. Post multas altercationes inter partes bellantes agitatas bellum tandem Gallicum pace Gioviceni, et Turcicum pace Carlovicensi sub Leopoldo finitum fuit.

2. Quid porro factum sub Leopoldo Magno pace Pidvicensi et Carlovicensi confecta?

R. Pace Pidvicensi et Carlovicensi sub Leopoldo confecta novum exortum est bellum cum

Gallis, cui mors Caroli 2di Hispaniarum regis occasionem præbuit; eo namque vita functo Galli universam Hispaniam interceperant, quæ tamen hereditario jure ad Austriacos spectabat.

2. Quis bellicum sub Leopoldo maxime inlaruit?

R. Ea bellicibus tempore belli Gallici sub Leopoldo maximam sibi gloriam comparavit Princeps Eugenius à Sabaudia dictus, qui contra Gallos victoriosus Alpibus superatis, atque ad id tempus inauditio exemplo superatis Longobardiam ingressus sapius præclare confixit, rebus Gallorum in Italia ita afflictis, ut de bellicenda Insubria vix non desperarent.

2. Quid sub Leopoldo Imperatore de Emmanuele Bavaria Electore notandum?

R. De Emmanuele Bavaria Electore sub Leopoldo Magno id præcipue notandum, cum nempe auxiliis Gallicis fultum in Tyrolenses bellicosem non male sua fata experimentem fecisse, sed ab incolis Tyrolensibus ita multatum fuisse, ut ex 12000. vix 4000. salva reducerit.

2. Quid Leopoldo occasionem præbuit Germaniam a bellicis tumultibus liberandi?

R. Leopoldo post cladem ad Donavordam præliorum detrectatorium ad oppidum Hochstat occasionem præbuit Germaniam a Gallorum jugo ac bellicis tumultibus liberandi.

2. Quo anno Leopoldus Imperator vitam finivit?

R. Leopoldus Imperator post multas cum Turcis tum Gallis illatas clades, post vitam integerrime transactam inter maxima molimina alterius adhuc bello Gallico pijssime obiit anno Christi 1705. ætatis 65, imperii vero 47.

2. Cuī a morte Leopoldi I.mi imperium obtigit?

R. A morte Leopoldi I.mi regnum capessivit Josephus I.us filius ejus 27. annos natus, qui per sedecimium, quo Imperio praefuit, multa magni animi, et pro regno amplificando solliciti Imperatoris edidit specimina.

2. Qua fuere Josephi I.mi facta celebriora?

R. Facta Josephi I.mi celebriora fuere: 1.o eum Galicobona comitia restauratae; 2.o Domandam Imperii urbem Maximiliano Bavaro oppressam restituisse. 3.o Hungaros Rakoczio incitante imperium detrectantes partim victos, partim dissipatos compescuisse, et Gallos Ducibus Eugenio Principe et Malborough fortibus et strenuis praelio in Belgio et Italia feliciter victis, hanc a Gallorum oppressionibus penitus liberasse, imo ipsam Gallorum excursionibus et exactionibus pertaesam fecisse.

2. Quo anno Josephus I.us Imperator mortem oppetiit?

R. Josephus I.us Imperator post judicium Camerae Imperii restitutum inter infestos Hungariae pacando a molimine, in optimo aetatis flore, 32. aetatis anno natus variolarum morbo Viennae extinctus est anno Christi 1711.

2. Quid post mortem Josephi I.mi Imperatoris subsecutum est?

R. Post mortem Josephi I.mi Imperatoris ingens subsecuta est in Europa rerum mutatio.

Q. Quis Josepho I.° Imperatori in regno successit?

R. Josepho I.° Imperatori successit regnis frater Carolus hujus nominis 6.tus; eoniam Josephus prole masculâ carebat.

Q. Quid Carolus 6.tus frater Imperium Romano-Germanicum sibi vindicare conabatur?

R. Carolus 6.tus Romanorum Imperator factus etiam Hispaniæ regna sibi vindicare conabatur, sed animadvertens Foederatorum fidem mutare, quibus, si præter Imperium et hæreditaria regna Hispania quoque regno potiretur, formidandus esse videretur, ipse Carolus Rastadii, Imperium autem in congressu Badensi ad pacem Ultrajecti factam accesserunt; in qua pleraque pacis Rijswicensis conditiones stabilitæ sunt.

Q. Quid Carolo 6.to pace Ultrajecti facta novi belli gerendi necessitatem imposuit?

R. Carolo 6.to pace Ultrajecti facta paulo post Turcarum importunitas, qui in Peloponesum provinciam Venetorum id temporis Cæsari fœderatorum contra pacta Carlovicensia incipientem ~~fecerant~~, novi belli gerendi necessitatem imposuit.

Q. Quis sub Carolo 6.to ad bellum contra Turcas gerendum summa cum potestate missus fuit?

R. Ad bellum sub Carolo 6.to contra Turcas gerendum plena cum potestate missus fuerat Eugenius Sabaudus, qui binis eluentis prælijs, captisque duabus munitissimis urbibus Temesvaria videlicet, et Belgrado vires Turcarum adeo infregit, ut Achmetes 3.us eorundem Sultanus a Carolo 6.to pacem petere coactus fuerit, qua

brevi post Passarovitii conclusa est hac conditione, ut omnia, quaecunque Eugenius principatus occupaverat, Regi restituerentur.

2. Quicum pace Passarovitii conclusa Carolo VI. denuo bellandum erat?

R. Pace Passarovitii conclusa Carolo VI. denuo bellandum erat cum Hispanis, qui consiliis Alberonii Cardinalis incitati injusta invasione Siciliam occuparunt; sed tamen belli tumultus brevi post tempore pace Cambrensi in Scabaudia non absque Carolo emolumento compositi sunt. Alberonius vero hoc turbulentorum consiliorum suorum praemium tulit, ut et gratia Regis Hispaniae excideret, et munere huc movereth.

2. Quid finito bello cum Hispanis occasionem praebuit Carolo VI. bellandi contra Gallos?

R. Finito bello cum Hispanis electio novi Regis Polonorum mortuo Augusto I. occasionem praebuit Carolo VI. bellandi contra regem Ludovicum XV. bellum inferendi, quo tamen Galli brevi insigni, sibique utili, Carolo autem perniciosa finem imposuerunt pro regnicolis, donec pace Viennensi altero hoc anno iterum componendum fuit.

2. Qua de causa, et contra quem Carolo VI. novum bellum gerendum erat?

R. Carolo VI. vi foederis cum Moscio initi novum bellum contra Turcas erat gerendum, quod autem minus prospere gestum pace in castris Turcarum prope Albam Graecam seu Belgradum iterum finitum est.

2. Quid non obstantibus bellorum tumultibus Carolus VI. laudabiliter et salubriter instituit?

R. Inter alia, quibus Carolus 6.tus commodo publico et salute reipublicæ consuluit, hoc specialiter recensendum venit: quod 1.o duos portus ad Mare Adriaticum, 2.o ad Flumen Sti Viti stabiliverit; deinde quod per Sanctionem Pragmaticam a cunctis fere Europæ Principibus acceptatam tantum evicerit, ut deficiente hærede masculo filiæ illius Maria Theresia in omnes provincias domus Austriacæ succederet, quamvis post obitum Caroli felicis sanctionem hanc violare non dubitaverint.

2. Quando Carolus 6.tus morte sublatus est?

R. Carolus 6.tus rebus omnibus provide sapienter ordinatis anno Christi 1740. ætatis vero 55.to vitam gloriosam et laboribus plenam finivit cum cujus morte stirps masculi domus Habsburgicæ Austriacæ penitus semper ac gloriosissime regnantis est extincta.

Quæstiones Geographicæ

De reliquis terræ partibus: de Asia, de Africa, et de America.

I. De Asia.

Qua: Quis situs Asiæ?

Resp. Nobis Europæis ad Orientem, pars ejus potissimam sub zona temperata boreali sita est Asia, atq; a Septemtrionibus, Oriente et Meridie ad ipsissimo cingit. Oceano, Asiaticum verum autem oceano Mari rubro ab Africa, Mari vero mediterraneo, et Ponto Euxino ab Europa secernitur.

2. Quæ hodierna Asiæ divisio?

R. Asia olim in majorem et minorem dividebat, hodie rectius in Imperium Turcicum, Persicum Mogolicum, Tartaricum et Sinicum, atq; in Insulas Asiaticas dispescit.

2. Quas provincias Imperium Turcicum complectit?

R. Hæc præcipuas provincias Imperium Turcicum in Asia complectitur: Anatoliam nempe, Syriam, Arabiam, Georgiam, Armeniam, Diarbechiam.

2. Ubi Anatolia sita, et quæ terræ indoles?

R. Anatolia a Græcis vocatur Oriens, ab Hebræis Levante, et ab antiquis Romanis Asia minor dicta, peninsulæ instar a Septemtrionibus Ponto Euxino, Euphrate ab Oriente, a Meridie Mediterraneo, ab Occidente Archipelago, Hellesponto, et Bosphoro Thracico terminatur. Regio hæc et coeli clementia, et soli ubertate, et urbium frequentia, nec victoriis, quas Græci a Persis, et Romani a Mithridate aliisq; reportarunt, longe

clarissima, hodie a Barbaris neglecta penes
desertа jacet.

2. Qua divisio Anatoliæ?

R. Anatolia antiquitus in plures distinguebatur provincias; hodie in quatuor præcipuas a Turcis dividitur: nempe 1.° in Anatoliam propriè dictam ad Occidentem et Mare Ægæum. 2.° in Romaniam nunc Rumi seu Sebaste Septentrionem versus; 3.° in Caramaniam versus Austrum et Mare mediterraneum; 4.° in Aladuliam hodie Marasche nuncupatam versus Orientem et flumen Euphratem.

2. Qua præcipue in his provinciis urbes?

R. In Anatolia pro reliquis memoriam meretur Smyrna urbs ampla, et ob portum percommodum mercimoniis celebris, ubi Galli, Angli, Hollandi et Itali consules suos habent; clarent præterea Archipræsule.

In Romania præter Neocæsaream, alias Tocatam a Gregorio Thaumaturgo loci ejusdem Episcopo, et vicina Anatoliæ nobilissimo celebrem conspectu urbs Trapezus Turcis Trabisonda propter Mare Nigrum cum Archipræsule, et portu insigni, caput olim Imperii Trapezuntini quod ab Alexio Duce Constantinopoli profugo erectum a Mahomete 2.° Turcarum rege anno 1460. evertum est.

In Caramania habet Iconium, urbs olim Archiepiscopalis, nunc Gubernatoris Turcici sedes.

In Aladulia tandem, olim Armenia minore optima cernitur urbs Malathia, seu Marasch ad fluvium Euphratem cum Archiepiscopo.

II. De Syria.

2. Quid de Syria notandum?

P. Syriam seu Soriam Turca in tres provincias seu praefecturas dividunt, in Aleppensem, Tripolitanam et Damascenam, quarum singulae a Pascia seu Praefecto Turcico administrantur. Aleppensis continet Syriae antiquae partem Borealem, cujus caput est Aleppum urbs ampla et commercio florentissima. Tripolitana partem Phoeniciae et Calesyriae complectitur, urbs principes est Tripolis ad mare Mediterraneum, ubi portus pericommodus. Damascena Praefecturae caput est Damascus celebre emporium ad radices montis Libani.

2. Qua regio Syriae commode adjungenda?

P. Syriae adhuc adjungenda venit Palaestina, dicitur Chanaan, antiquitus terra sancta appellata, qua a Chananaeis primum, his vero Dei monitu exterminatis a populo Israelitico incolebatur.

2. Qua fuerat divisio Palaestinae?

P. Quadripartita olim dividebatur Palaestina 1°. in Judaeam, 2. in Samariam, 3. in Galilaeam, 4°. in Peraeam. Mediam interjacet Judaeam a Septentrione in Meridiem, qui terminato prius lacu Genezareth, aliter Mare Galilaeae aut Tiberiadis dicto, tandem in Mare mortuum influit.

2. Quis situs Palaestinae, et qua erat praecipua Urbs?

P. Palaestina a Septentrione monte Libano, ab Occasu Mari Syriaco, aliter etiam Sidonio et Phoenicio, ab Ortu Arabia secreta, et a Meridie Arabia Petraea clauditur. Metropolis illius, regnante in Judaici sedes erat Hierosolyma toto terrarum orbe nominatissima, hodie solo fere nomine et Christi sepulchro celebris.

III. De Diarbechia

2. Ubi regio Diarbechia sita?

R. Diarbechia regio Tigrim inter et Euphratem sita completebatur quondam Paradisum Protoparentibus nostris cum natalem, Mesopotamiam, Babyloniam seu Chaldaeam, cuius pars, regio olim amoenissima, et deliciis plena; hodie tamen tum ob colonorum sordidam, tum ob continuas Arabum grassationes horrida et inculta.

2. Quae praecipuae illius urbes?

R. Notae majoris urbes sunt 1.° Diarbechia prope Tigrim fluvium, caput regni, et sedes Bassa Turcici, muris omnis plerumque et munita; 2.° Mosal seu Masal urbs antiqua item ad fluvium Tigrim. 3.° Orpha vel Orpha olim Edessa, ubi eodem safranum copiose praeparatur. 4.° Bagdadum e ruderibus veteris Seleuciae conurgens Tigri fluvio incumbit. 5.° Jasoro, cum portu ad Sinum Persicum, muris munita, dives Avicennae medici solum natale et Bassa Turcici sedes.

IV. De Turcomannia.

2. Quanam regio Turcomannia nomine intelligatur?

R. Turcomannia a Turcis nomen nacta olim Armeniae Majoris caput, maximam partem montibus obsita, et pascuis tamen, in quibus ingens vis equorum et camelorum nutritur, abundat. Ibi eminet mons Ararat, in cuius praecelso vertice Arca Noe, cessante tandem eluvione consedisse perhibetur. Multi quoque in Armenia hac supersunt Catholici, quod tamen haereticis, Eutychianis potissimum et Monothelitis, Mahometanis item et Hebraeis jamdiu vicibus exterminare nituntur.

Qu. Loca præcipua hujus provinciæ?
R. Loca præcipua Turcomanniæ sunt 1° Ex=
zerum urbs primceps et sedes Gubernatoris
ad Euphratis fontes. 2° Cars munimentum
Orientem versus. 3° Varum magna ci=
vitas ad lacum cognominem.

V. Georgia et Arabia.

Qu. Ubinam sita est Georgia, et quotuplex pars?
R. Georgia turcice Gurgistan dicta, Maxi=
mo et Caspio alluitur, Caucaso monti atq;
Armenia contigua. In duas olim nostra
partes dividitur: in orientalem nempe, et
occidentalem, quarum priorem Persia, alte=
ram Turca obtinent; postrema nunc in
3 provincias distinguitur: in Mingreliam,
Guriel et Imeretie; præcipua illius urbs
est Cotatis secundum Phasim fluvium, a quo
Phasiani, qui ibidem frequentes sunt, nunc=
pati.
Qu. Quid de regione Arabia paucis dicendum?
R. Arabia in peninsula novem partibus
Persia, Mari rubro seu Arabico, et Sinu Per=
sico objecta, dividitur in tres partes:
in Petræam, in Desertam, et Felicem, ubi
varii principes, Emiros vocant, dominant,
quorum plerique Turcis, reliqui Persis
sunt vectigales.
Qu. Unde Arabia Petræa nomen habet, et qua
terræ indole?
R. Arabia Petræa Madianitarum olim, Mo=
abitarum, Edomitarum, et Amalecitarum
regio, nomen sortita est a Petra urbe vetu=
stissima, quod regio illa potissimam par=
tem montibus repleta est, ex quibus Sinai

et Horeb, iter 3 Dei cum Moise alloquio insigniri. Terra caeteroquin sterilis, arenosa et sole torrida, e primum tamen balsamum profert.

2. Dua sunt urbes praecipuae in Arabia Petraea?

R. Urbes hujus provinciae praecipuae sunt: 1° Mecca egregia urbs, sedes Scherif Principis Arabiae, et Mahometis. Eundo propheta loco natalio. 2. Medina Mahometano nobilis templo, quod sanctis imaginibus appellant, quadringentis colossis fulto, et 3000 lampadibus illustrato. Tumbam Mahometis Judaeus non a magnete suffentari, sed parvis marmoreis columnis innitiri ait. 3° Eltor civitas cum portu, ex emporium mercium in Aegyptum transvehendarum; apposita est Medinia ab exitu Israelitarum e Mari rubro notanda.

2. Unde nomen Arabia Deserta, et quid de ea notandum?

R. Arabia Deserta ob vastitatem solitudinum arena repletarum minus habitabilis, ac propterea deserta appellata partem Arabiae septentrionalem efficit. Urbs illius praecipua est Anna olim munita et commerciis florens, Rodie una duntaxat platea juxta Euphratem fluvium extensa constat.

2. Dua natura felicis Arabia, et qua loca in ea notanda?

R. Arabia felix, aliter Saba dicta, aromatibus, balsamo, myrrha, gemma quotannis mole fecunda, et magnitudine utriusque portu praestans, urbs sequentes continet. 1° Adenicum in provincia Jemen, urbem maritimam, ca mille aedium, muris frequentibus castellis, et portu mercato-

ribus celebri praestantem. 2.° Mocham ad Mare rubrum magnam et mercimoniis divitem. 3.° Zeitel-Fakí oppidum, cujus praecipuum commercium in fabis arabicis vulgo Casse consistit. 4. Mascate a portu percommodo, et mercatu celebrem. 5.° Tartarum urbem in provincia cognominis.

De Persia

Qu. Qui regni hujus situs, qua fertilitas, et incolarum indoles?

R. Persia regnum ad Ortum Indo flumine, ad Occasum Tigri, ad Boream Mari Caspio et flavio Oxo, ad Austrum Oceano Indico, et Sinu Persico terminatur, ad 700. fere milliaria germanica in longum aqs ac latum porrigitur. Provincia Borreales temperatiores sunt ac fertiliores: Australes contra praefervidae, quadam etiam deserta, arenosa ac steriles; oryza tamen, frumento, vino, fructibus ac pomis diversi generis, praecipue autem serico abundat, ut ingenti copia quotannis in alias provincias exportetur. Incola mercatura potissimum dediti, longeq. caeteros humaniores sunt Turcis.

2. In quot partes dividitur Persia, et qua urbes in ea celebriores?

R. Olim quoq. in partes complectebatur Persia: Hyrcaniam, Bactrianam, Sogdianam, Parthiam, Mediam et Persidem. Recentioribus autem in 15. provincias dividitur, in provinciam Candiel, Ghilan, Chirvan, Irak aschemi, Adirbelican, Farsistan, Kirman, et Candahar.

2. Quae urbes in Persia praeligione notanda?

R. Urbes in Persia, quae pra religione memoriam inierunt, sunt 1. Ispahanum totius Persiae caput, sedes Califae, seu Saracenorum Pontificis,

et Persarum Regio, urbs totius fere orbis facile maxima a 600000 fere incolarum inhabitari creditur. 2° Cavbinum urbs ampla non minus ac populosa, et olim sedes regia. 3° Tebrisium vern. Sauris permagna et ab Ispahano praecipua civitas. 4° Derbentium urbs et castrum Turcis Terminicapi, seu porta ferrea dictum, quia situm ad portas Caucasi, ubi montis angusta ruptura per 8000. passus transitum praebet. 5° Candaharia ad limites regni Mogolici, quo etiam olim spectabat, urbs magna et munita.

De India

Q. Quis India situs, et qua divisio illius?

R. India Orientalis, de qua hic sermo, ab Indo flumine ita nominata, ingens littoris spatium occupans a Septentrionibus ad Caucasum porrigit, ab Occidente ad Persiam, ad Chinam ab Oriente, ad Mare Indicum ab Austro, alys in tres partes ab ea nostra commode dividitur, ubiuta: in Imperium Magni Mogolis, in peninsulam intra, et in peninsulam extra Gangem; quibus etiam insula Asiatica annumerantur.

Q. Qua terra fertilitas in India?

R. India regio omnium fere fructuum ferax, Oryza praesertim, saccharo, gossypio, serico, aromatibus omnis generis, nec non mare gemmis et pretiosissimis auro item et argento abundat; sed vix ullam gentium plantam arborem ve aut utilem reperias, atque illam, qua indes vocant, humani fere capitis magnitudine passim profert fructus et cibum et potum et vestitum et quidquid forme ad supellectilem vel nautica,

sen domesticam necessarium est, sola suppedi-
tat.

2. Qua magnitud regni Mogolii, et qua urbes in illo notatu digna?

R. Regnum magni Mogolis aliter Indostan Despectatum a Septentrionibus ad Meridiem ad 240, ab Occaso in Ortum ad 300. miliaria germanica extenditur, diversas provincias cum urbibus complectens, quarum praecipua sunt 1°. Agra in provincia ejusdem nominis Indiae maximae, regionis caput, et magni Mogolis sedes hyberna: nam sedes ejus aestiva est Delhi, urbs, quam olim Porus India regem inhabitasse ferunt. 2° Cambaya in regno Guzarate, urbs opulenta, et ob portus praestantiam et commercia Indica Caixus nuncupata. 3. Surata urbs cum portu a comitatus celebri praesidium Anglorum monopolium. 4°. Diu insula et urbs, qua portu et munitione, et duobus vallis aqua oppletis castellis, Lusitanis paret. 5. Calicota, Goa, et Chandernahorium in Bengala regno, Anglis et Hollandis ob commercia celebrantur.

2. Qua praecipua urbes in peninsula intra Gangem?

R. In hac peninsula a Septentrionibus Meridiem versus 200. miliaribus germanicis Goa, et in variis provinciis tum Europaei, tum magno Mogoli subjectae divisa, notanda sunt urbes 1°. Visapora urbs ampla, muro gemino tormentis bellicis subjecto munita in provincia ejusdem nominis. 2° Bamboya in insula cognomine cum portu in Anglorum potestate. 3°. Goa urbs 6. castellis munita cum portu, in parva insula, quam

Nandova et Gange fluvii efficiunt, sedes Archiepiscopi, qui India Primas est, et Universitatis, in 200000 hominum inhabitari fertur. Hoc Lusitanorum qui eam ante anno 1510. obtinuerunt, optimum in India orientali emporium est. Onor itidem Lusitanorum, urbs cum portu amplo, et castello in provincia Canara. 5° Cananor, Calecutum, Cranganor, Cochinum et insignia emporia in ora Malabaria, quorum principes potissimum Anglis et Hollandis sunt vectigales.

2. Duo regna nominatiora, quaeque urbes peninsula extra Gangem complectitur.

1° Peinsula extra Gangem infra Chinam sita, et in longitudinem ad 600, in latitudinem ad 250. miliaria germanica porrecta plura regna complectitur, inter quae praecipua sunt 1° regnum Arracan, 2° regnum Peguanum, 3° regnum Ava a principio urbibus ita nuncupata; et uni Regi subjecta, qui in Ava urbe principe sedem suam habet. 4to Tunquinum et Cochinchina regna Orientem versus. 5to Regnum Siamense ad Austrum cum urbe principe ejusdem nominis, quae etiam ab Indis Judhia dicitur, Asia urbium splendidissima et opulentissima, tum ob commercia cum Europaeis et Asiaticis, tum ob aedium et palatiorum magnificentiam. 6° Peinsula Malaca aliter Chersonesus aurea cum urbe eo cognomine, quam portu et munitione excellentem Hollandi Lusitanis eripuerunt.

De China

2. Quis Chinæ situs et populi genius?

R. China regnum ab incolis Sina dictum, omnium Asiæ regnorum antiquissimum et amplissimum, in longum ad 1700, in latum ad 730. milliaria germanica porrectum, a Tartaria Magna 300. leucarum muro disiungitur, cæteram partem Mari Orientali et Indiæ conterminum. Terra illius tum rebus omnibus, tum præsertim seri et thee opere abundat, ut hoc pene omnes vestiri soleant. Incolæ porro sunt ingeniosi, urbani, industrii, ad artes et scientias religioni idonei; potissimum tamen Geometriæ, Astronomiæ, et litteris veterum addiscendis intenti; et quoniam mercaturæ studiosissimi sunt, artefactis et operibus fabrilibus sedulam operam navant.

2. Qua China partitur, et præcipuæ eius urbes?

R. China nostra ætate in 15. provincias maiores dividitur, ornaturque urbibus pulcherrimis 1700. quarum præcipuæ sunt 1° Pekinum, veterum Cambalu in Cataja provincia, Sinarum caput, et Imperatoris sedes, cuius palatium instar urbis parvæ ambitu magnificis, Kaigode dictis. Incolarum numerus milliones aequare fertur. 2° Nanquinum quod Kiangh fluvium, ob magnitudinem, et adjacentem ornatum Pekino par, et olim Imperatoris sedes, cuius ambitus 12. milliaria germ. efficere perhibetur; celebratur præsertim aturzi e materia porcellana 9. contignationes

continente, et 870. pedes alta. 3° Singanum in provincia Xansi urbs primaria. In pontibus vicinis bulliens deo aqua, ut facile absq; igne carne coqui possit. 4° Quanchev seu Canton in provincia Quantung, urbs e Sinensium praecipuis, montibus cincta, portu et robustis 2. castellis illustris, in qua solae Europaeis cum Sinensibus commercia tractare concessum 5° Amacaum in peninsula ejusdem nominis, monopolium celebre, et castello probe munitum ad Lusitanos spectat, sub tutela tamen Imperatoris Sinensis.

De Tartaria Magna

2. Quid de Tartaria magna memorandum? Et Tartaria magna ad distinctionem Sinicae, de qua in Europa actum, ita dicta ad Occasum Moscovia et Mari Caspio ad Ruthenum Persia, India et Sina, ad Austrum et Septentriones Mari Tartarico terminatur, tertiam fere telluris Asiaticae partem occupat, quippe quae in longitudinem 1000, in latitudinem vero 500. milliaria germanica complectitur. Regio ad Septentriones perfrigida, et ob frequentes silvas minus habitata, ad Ruthenum temperatior et fertilior partes ipsius postes et optimum habitabilem suppeditat. Incolae moribus sunt efferis, inculti ac barbaris; carnes semicrudas equorum et camelorum cum lacte equino inter epulas lautitias numerant, et veterum Scytharum ritu subtentoriis plerique habitant pro-

ut plurimum dediti.

2. Qua hodierna Tartaria Magna divisio, et quæ loca in eo notanda?

R. Tartaria Magna hodie in 3. commodum partes dividitur: in Chinensem, in Liberam et Tartariam Ruſsicam.

Tartaria Chinensis ita dicta, quod Imperatori Chinæ subjecta est, complectitur 1°. Regnum Mandschu, seu Mogolorum Orientalium, cujus Rex Kiuche anno 1644. Chinam ipsam edomuit. 2°. Mungaliam, seu regionem Mogolorum Occidentalium. 3°. regionem Kalmucorum, parte solum aliqua Imperatori Chinensi tributariorum.

2. Quæ regiones Tartariam liberam constituunt?

R. Tartaria libera nomen nacta, quod proprios Principes nullibi extero Regi subjectos habet, qui magni Chami appellantur, in duas partes subdividitur: in Orientalem nempe et Occidentalem. In Orientali est 1°. regnum Olgaria, seu reliqua pars regionis Kalmucorum. 2°. Bucharia minor. 3°. regnum Thibet.

In Occidentali vero numerantur regna 1°. Turquestan, cujus incolæ Karaitæ et Karakal-mathi vocantur, 2°. Usbeck. 3°. Bucharia major, cujus præcipua urbs est Samarcanda ampla cum arce valida et monopolium insigne, Tamerlano olim natale. Et Circassia plana; nam reliqua Ruſsiæ vertigal pendit.

2. Quas provinciis Tartaria Ruſsica complectitur?

R. Tartaria Ruſsica, quam Joannes Basilides Moscovia Dux anno 1552. subegit in diversas provincias et ditiones distinguitur. 1°. est regnum Casanum cum urbe principe ejusde

nominis ad fl. Casanca bene munita, et o-
commercio celebris. 2da est regnum Astra-
num ad Mare Caspium, cujus urbs primi-
est Astracanum ad Volgæ ostium, emporium
nobile, quo Persa, Turca et Armeni uniones
margaritas et aromata pro pellibus et sale
convehunt. 3.o ditio est Catenburgica ita ap-
pellata ab urbe Catenburgo primum anno
1702. extructa et bene munita. 4ta ditio
Catharinoburgica complectens partem Si-
beriæ, in qua 1.o est Catharinoburgum sedes
Præfecturæ metallifodinæ, urbs egregie
structa et munita. 2.o Barnaulum ab auri
et argenti fodinis celebre. 5ta ditio est Si-
beria seu Pascatir, ubi prater Sibiriam ur-
bem principem et Archiepiscopalem innotuit
Tobolium sedes Archiantistitis et provinciæ
Præfecti. 6ta est Jakutskinois ditio cum ur-
be eodem nomine inter Siberiæ urbes facile ma-
xima et a mercatu celeberrima.

De insulis Asiaticis

De insula ad Asiam spectantes notatu
digna.

De insulis ad Asiam spectantes insulæ sunt
hinc indicatæ: 1.o Ceylanum, veterum Taprob-
bana a Coripæo montanio exiguo spatio avul-
sa, in 7. regna dividitur, ex quibus opti-
mum est Candea seu Candi cum urbe cogno-
mine ad fl. Tuxinquemale ampla et in-
colis frequens. Incolæ ad prælia parati et
agiles sunt Ethnici, quibus Christiani et
Mahometani miscentur. 2.o Maldiva in-
sula Ceylano vicina, et ab Aquilone ad Au-
strum porrecta, in 13. Atollones, seu series
distinguuntur, quæ 12. fretis angustis exco-

dilis refertis interoscant; limaces caninas ambram, coralia, mures Indicos, poma citrina & granata cumulate proferunt. Maxima ex omnibus est insula Male, sedes Mahometani regis, qui se Sultanum, et regem 13. provinciarum et 12000. Insularum appellat.
7.° Sumatra infra Malaccam, in longum ad 225. et in latum 50. milliaria germanica completens, et omnibus rebus abundans, in diversa dividitur regna, quibus reges indigena imperant.
8. Borneo ex decem insulis maxima, quippe cujus longitudo 130. et latitudo 120. milliaria germ. efficit, a propriis regibus gubernatur.
9. Java minor quidem prioribus, sed ob comercia Hollandorum celeberrima, variis quondam obnoxia Principibus, hodie partim Hollandis partim indigenis Principibus paret, qui tamen omnes praeter 2. reges Hollandis vectigales uni Imperatori subsunt. Sedes Imperatoria est Cattaoura urbs reliquarum princeps: Hollandorum vero praecipuum locus est Batavia, urbs ampla, munitione nobilis, et Gubernatoria Hollandici residentia, quam anno 1618. contra Lusitanos occuparunt.
10. Celebes Macaßar, quam quidam ad Moluccas referunt, cum urbe Macaßar, cujus regem Hollandis vectigalis.
11. Moluccae insulae sub Aequatore, aromatibus et oryza feraces, dividuntur in majores, ut sunt: Gilolo, Ceram, Flores, Timor cf. et minores, seu Moluccenses propriae, ut Ternate, Machian, Batir, Tidor cf. postrema propriis regibus imperat,

reliqua Hollandis vectigal pendunt.

8. Philippina Chinam inter et Moluccenses, nomen nacta a Philippo 2. Hispaniae rege, cujus aetate eas Hispani detexerunt. Praecipua illarum sunt: Manilla cum urbe ejusdemnominis, a portu, episcopo et mercatura celebris. 2. Mindanao post Manillam maxima.

9. Formosa China ad Ortum, et Haynan ad Australem, utraque Imperatori Chinensi subjecta.

10. Japonia auro, argento, maxyaxilis, elephantis, camelis, hordeo, oryza et opulenta in R. commodum insulae dividitur: in Nephoniam, Xino, et Sikoko, in quibus urbes notatu dignissimae sunt: 1° Jedo caput regni et sedes Imperatoris. 2° Tyniega juxta quosdam magnitudine Londinopar, et principis hereditarii sedes. 3° Meacum urbs Japoniae facile maxima, et regio olim residentia; dividitur in urbem superiorem regio palatio superbam, et inferiorem portuari Firaime fortalitio nobilem. 4° Nangasacum in regno Bungi, ad quod exclusis reliquis Europaei solis Hollandis commercii causa accessus conceditur.

2. Qua Insula Asiae minori vicina?

R. Insulae Asiam minorem circumdantes sunt: 1° Cyprus maxima in mari Mediterraneo, frumento, gossypio, et vite cum primis generosa affluens, cujus urbs princeps est Nicosia, ampla, munita, sedes Baschae Turcici et Archiepiscopi cum portu. 2° Rhodus cum urbe cognomine, a portu et munitione

celebri, olim Equitum Melitensium, nunc in potestate Turcarum. D. Mytilene, Tenedos, Samos &c. in Archipelago. P. Marmora, Alonia, olim Proconneso in Propontide.

De Africa.

2. Quis situs Africa?

R. Africa in vasario literis terra Cham appellata, quod a Cham posteris primum inhabitata fuerit, eaque Isthmo Asia conjungitur, atq; ad Septentrionem Mari Mediterraneo, ad Ortum Erythraeo et Indico, ad Occidentem et Austrum Oceano Atlantico et Aethiopico cingitur. Figura illius in mappa Geographica ad cordis similitudinem adcedit, cujus superior zona temperata Borealis, mediterraneum zonae torridae, pars vero inferior zonae temperatae Australi subjacet. Nilus et Niger amnes praecipui eam irrigant.

Q. Qua Africa divisa, et terra dotes?

R. Olim Fenices duntaxat et Aethiopes habuit incolas, quibus Graii deinde et Phoenices accesserunt, hodie in partam Borealem et Australem, et in Insulas Africa vicinas dividit. in longum 1050. et in latum 1080. milliaria germanica pleraq; ut adeo Africa triplo major sit Europa aut si habitatorum suppurtet, duplo forte minor censeri poterit. nam vastissima illic terrarum spatia aut inculta jacent, aut arenis sterilibus obducuntur, aut nimio solis aestu torrent, aut multiplici animalium noxiorum genere infesta reddunter. Alibi tamen, praesertim in locis

maritimis, et ubi irrigua sunt flumina, mira vis fertilitas, ut proinde, quidquid Africa vel bonis, vel malis producit, prodigiosum dici posit.

Q. Quas regiones Africa pars superior seu Borealis complectitur?

R. Tres: Aegyptum, Barbariam, et Desertum Zaare.

2. Quid de Aegypto memorabile?

R. Aegyptus, aliter etiam terra Mesraim cognominata, quod primi illius incolae a Mesraim Chami filio descenderent, in ambitu 2412. milliaria germ. complectitur, Nubia, Barcano regno, Mari rubro et mediterraneo cincta. Intra quos potissimum partes dividitur: in superiorem, vulgo Said, in mediam vulgo Fiesto, et in inferiorem Gracio Delta dictam, quod a Nilo in hujus litera figuram scindatur. Urbes illius praecipuae sunt: 1.° Cairus, aliter Aegypti Babylon ad Nilum fl. urbs orbis fere maxima, Bassa et Turcici Patriarchae Copti et Graci residentia. A veteri Cairo non multum abscedunt pyramides, obelisci et monumenta, in quibus recondita cadavera et aromatum et balsami frequentiam incorrupta, Mumia vocant. 2.° Alexandria ab Alexandro M. conditore nomen nacta, ad Mare mediterraneum, urbs celeberrima usque adhuc Lusitanorum in Indiam; ob portus tamen gemini praestantiam et opportunitatem hodiedum Europaei quidam hic confluunt. 3. Damiatta itidem ad Mare mediterraneum, urbs frequens et mercimonialis. 4. Suesia, seu Nesidium, vulgo

Suez urbs mercimonialis cum portu ad Mare rubrum, nomen tibicit isthmo; qui Africa cum Asia conjungit.

2. Quis Barbaria situs, et qua divisio?

R. Barbaria complectitur omnem illam terram, quae inter Aegyptum et Mare Atlanticum Mari mediterraneo adjacet, et abinde ad Decertum Zaara protenditur. Regna illius sunt: Fesanum, Marroccanum, Algerianum, Tunetanum, Tripolitanum et Barcanum. Ex his regnum praecipue Fesanum, Marroccanum, et Tunetanum non obstante magno calore aestu praeter frumenti vim maximam multis aliis terrae foetibus, dactylis, amygdalis, cera, mel-le, lana abundant, reliqua aut sterilibus arenis repleta, aut inculta jacent.

2. Quae praecipua harum provinciarum urbes?

R. In regno Barcano Aegypto proximo, et Olim a celebri urbe Cyrene Lybia Cyrenaica dicto, praeter urbem Cairoan celebratur urbs Derne mercimoniis dives, et sedes Sangiacii Juxcii.

In Tripolitano est urbs ejusdem nominis munitis et turribus bene munita cum portu a commerciis celebri.

In Tunetano praeter Guletam munimen insignae, campaniis suspicitur Tunetum urbs primaria, vasta, locuples, muris robustis ac turribus primata.

In Algeriano, Numidia antiqua parte hodie Algeria, valgo Algier, regni metropolis cum portu et munitione insigni, quam praeter Judaeos, Mauros et Turcas communiter 40000. municipiorum Europaeorum inhabitare ferunt. 2. Constantina urbs ampla, dives

ac munita. 3° Bonna, olim Hippona ubi S. Augustino Episcopi tiaram tulit. 4° Cranum & Marocalyuvia urbes Hispanorum dominatui subjecta.

In Fessano ex Marociano, quod Romanorum tempore Mauritaniam Tingitanam constituerat, occurrit 1° Fessa seu Dubilis urbs regni principes, mercatu celebris, & 2. castellis firmata. 2° Meguinesia urbs recenter edificata, & sedes Imperatoris Marocani cum nobili palatio. 3° Ceuta ad fretum Herculeum juxta montem Abila, urbs episcopalis, Hispano subjecta cum portu oppidano. 4° Sala seu Salee urbs quondam libera, a pyratis infamis, nunc Regi Fessano subjecta, castello valido munita, & portu commodo insignita. 5° Marocco urbs amplissima, & regni Marocani praecipua, quae tamen anno 1719. terraemotu miserae fodata est.

2. Quid circa Biledulgeridiam advertendum?

Py. Pregio hae ob calorem intensum via praeter Idaryloe fructuum patiens Barbariam interiorem Desertum Saara dicitur, & in diversa regna divisum Turco, tum Imperatori Marocano vectigalia, ex quibus duo praecipue Susa & Tafilet a terra fructibus & incolarum frequentia celebrantur.

2. Quid circa Desertum Saara notandum?

Py. Saara, seu Desertum polim interiori Lybiae Biledulgeridia subjecta, in varia regna seu potius deserta distinguitur. Arabibus ob arenas copiam Mare arenosum dictum, paucos numerat incolas seu ob caloreem de die vehementem, seu ob feras noctu grassantes. Praeter Fortandick castellum ad Gallos spectans, & 2. Promontoria Capo Bianco, & Capo Bojador ad Mare Atlanticum a Su-

vitanio detecta nullus in hac vasta regione
datur locus notatu dignus.

2. Quæ regiones ad Africam inferiorem seu
Australem referuntur?

P. C. nominatissimo: 1.° Nubia, 2.° Abyssinia,
3.° Æthiopia, 4.° Guinea, 5.° Cafreria, 6.° Zan=
guebaria, et Ajania regio.

2. Quid circa Nubiam præcipue notandum?

P. Nubia sub Ægypto Nilo adjusa auri, ebo=
ris, equi vandalini, et taxi potentissimi dives ni=
gros alit incolas, qui quidem Chaidia nos se
appellant, seu multos adhuc ethnicis supersti=
tionibus imbuti, proprium Regem habent, et=
byssinis Imperatori fœderatum. Præter ur=
bem Zemaar, in qua sedes regia, et Dongalam
ad Nilum fl. nihil memorabile dignum occur=
rit.

2. Quid de Abyssinia memorandum?

P. Abyssinia seu Æthiopia propria, quam, Not=
zenam, magna terræ pontici auro, gemmis
affluens, ego secundo, ut quibusdam in locis
ipsa annum ternam messem recipiant inco=
læ. Regio Ægypto et Nubia contermina no=
bilium urbe caret, ut Nobilitas celi incommo=
da ferret æquius. Unde Abyssinia Imperator,
qui a nonnullis Magnus Negus, ab aliis Pres=
byter Joannes appellatur, locum sedentidem
mutat, et quidem suam sub mille tentoriis ei=
git. Aliqui tamen Gondorium pro urbe tali
regni præsidio habent.

2. Quid Æthiopia nomine intelligit?

P. Æthiopia nomine magnus ille terrarum tra=
ctus indigitat, qui Abyssiniam, et Mare Atlan=
ticum descendum Saara et Cafreriam interja=
cet, atqui in citeriorem et ulteriorem dividi=

Citeriorem constituit Nigritania seu Nigritia sub zona torrida oryza, ebore, mella, ambra, auro et empto divers, seu compellatavel a nigro inquilino, vel a Nigro flumine, terram vel regionem Nili instar irrigante. Commercium plurimum est mancipiorum, qui ad Caput viride coëmti in Americam ad Indias transmittuntur. Ex omnibus provinciis, quas complectitur, Tombut regnum ob Nigri fluvionem optimum et fertilissimum est. Ulterior Aethiopia inter Guineam et Abissiniam tum ob vastas solitudines, tum ob aestum intolerabilem a paucis hominibus habitata Europaeis hucusque parum cognita est.

2. Ubi Guinea sita, et qua ejus partitio?

Pr. Guinea itidem magna terrae portio juxta Mare Atlanticum protensa, in duas dividitur partes: in Guineam superiorem, et inferiorem. Inferior Guinea complectitur regna Loango, Congo seu Manicongo, Angolam et Benguelam, quod Lusitanis paret, ad quos etiamnum spectat 1.° Fanum S. Salvatoris seu Soteropolis urbs cum episcopo et canonicorum collegio ad Zaire fl. 2.° Loanda seu urbs S. Pauli in ora maritima cum portu et munitione

Superior Guinea magi Guinea, Nigritarum et Agiafara regno inclusa tribus dividitur in Malaguette, Benin, et Guineam propriam, quae rursus in partem Occidentalem dictam, et Orientalem seu Oram auream.

Incolae nigri et robusti variis obtemperant regibus, quos inter praecipui Guineae et Benin. Europaei tamen ob commerciorum modica pluribus hic condidere arces portu-

bus insignes, ut: C. Georgii della Mina ex Pa[ge]
soviam ad Hollandos, Fridericoburgum ad Pruss
Prussia, Caput Corsum et Cinacha ad Anglos,
Fridericoburgum et Christianoburgum ad Danos
spectantes.

2. Ubi Caffreria sita, et quae ejus divisio?

R. Caffreria Maxi Athiopico Regnitania, Com
prehendit et Zanquebaria cineta duas complectit
duas partes, exteriorem scilicet et interiorem
Caffreriam. Ad interiorem pertinet 1.° Reg
nomotapa regio auri atq; argenti fodinis
cum primis referta, 20. regna fere continen
Rex supremus Imperatoris fert titulos, qui
residet in urbe Monomotapa amnem
Spiritus sanctus et magnifica. 2.° Sofala
cum urbe ejusdem nominis Lusitanis paret,
qui regi sibi vectigali facto toti fere regio
ni dominantur, atq; inde mancipia, aurum,
ambram et ebur advehunt.

2. Quid circa Caffreriam exteriorem notandum?

R. Caffreriam exteriorem, seu oram maritimam
Cinam incolunt populi, Hottentots dicti,
qui exteris Cafros morum crudelitate vincunt,
ac ferarum ritu viventes urbibus omnino
carent. In Promontorio Bonae spei Hollan
di ab 1650. castrum hujus nominis struxe
runt, ubi telonium Hollandis longe utilissi
mum, navibus item aqua dulci, aliisq; re
bus affatim providetur.

2. Ubi Zanquebaria sita, et quid circa illam
memorandum?

R. Zanquebaria Caffreriae proxima ad oram
Orientalem, nec auram salubrem, nec inno
cuos, nisi Solofalenses, paucos Mahometi addi
ctos alens, in diversa dissinguitur regna.

Regni Mozambici metropolin amplam et
opulentam Lusitani obtinent, ubi Reng=
dachium pro affectis morbo in India: hic
item paret Quiloa urbs insitoribus cele=
bris et probe munita, quemadmodum et
Monbaza urbs cum regno Melinde, cujus
rex Lusitanis vectigalis.

2. Quid memorabile de Ajania regione acum=
bit?

R. Ajania regio Zanguebaria conterminat
complectit 1° Cempubligam Brava cum
urbe cognomine itidem Lusitanorum; 2°
Regnum Adelum ab auro, ebore, thure,
pipere, ovibus et bacis celebre, cujus Sep=
tentrionalem partem cum urbe Suaquen
Turca, alteram Arabes obtinent.

2. Quæ insulæ Africam ambiunt?

R. Earum numero insularum, quæ Africam fre
quentes ambiunt, memoriam præcipue me=
rentur 1° Canaria seu Fortunatæ, quia
feraces sacchari cumprimis et vini Maxo=
cano regno objecta, et in Hispanorum po=
testatem qui incolas ad Ecclesiæ catholicæ uni=
tatem adduxerunt, præcipua earum sunt:
1° Teneriffa mons Pico totius fere orbis
maximo insignis. 2°. Canaria ab avibus,
terra mese, et sacchari R. molendinis
nota, urbem exhibet episcopo, Gubernato=
rio palatio, amplitudine et vetustate no=
bilem; 2° Hesperides seu Gorgones ver=
sus Promontorium viride multis morbi
obnoxia, cetera sale et feris referta, et
Lusitanis subjecta. Præcipua est S. Jaco=
bi, cujus urbs princeps est Ribera cum E=
piscopo et Gubernatore.

3.° Madagascar, Arabibus Sarandib, Luso=
tanis octo, a quibus ao 1506. inventa hodie=
dum ob commercia frequentatur, insula Lau=
rentii dicta ad ordin regionis Zanguebar,
longa 220. lata 70. milliaria gemm. in diver=
sas provincias vix Europæis notas dividitur,
quibus Principes indigena imperant. Galli ad
defendendam suam coloniam struxere castellum
Delphini. Insula oryzam, poma aurea, citri=
na, aurum, unciones negotiatoribus offert. 4.°
Burbonia, aliter Macarenhe, seu insula S. Apol=
lonia Madagascar propinqua, ubi ebenus fru=
ticeti, testudines expulcherrimi scitati, ao 1650.
Galli eam occuparunt. 5.° Insula S.ti Thomæ
infra Guineam, quam saccharo, zingibere &
palmis affluentem Galli ao 1700. Lusitanis
eripuerunt. 6.° S. Helena Anglorum. 7.° Ile
Mauritii, quam Galli Hollandis ereptam Isle
de France appellarunt, ebeno & testudinibus
abundans. 8. Socotorra in Mari Arabico, a
Lusitanis inde copiosum thus, & optimum aloe
exercentibus frequentatur.

De America.

1. Qua nominis origo.

P.i America, aliter etiam Alter orbis appellatur
Nomen habet ab Americo Vespucio, qui eam sub
Ferdinando Catholico Hispaniarum Rege ao
1497. detexit, a quibus ob dissantiam & opu=
lentiam India Occidentalis, & quia nobis ex=
posita, Regio Antipodum nuncupatur.

2. Quis America situs, & qua ejus magnitudo?

P.i America ad Septemtrionem Mari glaciali,
ad Austrum Magellanico, Pacifico ad Occiden=
tem, ad Orientem tandem Atlantico includitur.
Latitudo illius 1300. milliaria, longitudo 2100.

aquat. Fluvii irrigatur longe maximi quorum praecipui sunt 1.° S. Laurentii, aliter etiam Canada dictus, qui emensis 500. milliaribus tandem in sinum S. Laurentii evolvitur. 2.° Mississipi, cujus origo nondum detecta, cursu suo 800. milliaria ex amplius conficit, ac Austrum versus Mari Mexicano miscetur. 3.° Fluvius Amazonum, seu Marañon prope maximo totius orbis habitus Coetum versus currit Paraguaya, vulgo Rio de la Plata ad Austrum ventitur.

2. Equod terra, et incolarum ingenium?

R. Solum America omnium pene frugum fertilis est, praecipue tamen tabaci, saccharo, margaritis affluit, auro et argento adeo, ut auri inde 12. millones quotannis in lucrum se reponere soleant. Incolae aut Europaei sunt, aut Nigritani in Africa coemti, et tanquam mancipia ad sacchari plantas colendas, vel ad metalla fodienda in Americam ducti, aut denique indigena, qui nisi vel religione, aut Europaeorum consuetudine mansuefacti sint, barbaros mores pro se ferunt. nam captos in bello passim supplicia lenta igne torrere, carnesque candenti vanga discissas absumere in more habent.

2. Qua America divisio?

R. America dividit generatim in duas partes, Americam Peninsulae, tenui Isthmo sat inam inter et Isthmum pulchrum contractae. Qua ad Borean procedit, America Septentrionalis, sive Mexicana, qua ad Austrum porrigitur, America Australis, sive Peruviana appellatur.

2. Quasnam regiones America Borealis complectitur?

R. Ea pro diversitate Dominorum, quibus parent, in tres classes dividi possunt: in regiones scilicet Hispanorum, Anglorum et Indigenarum Dominio subjectas.

2. Quæ regiones Hispanis pareant?

R. 1° Terra Mexicana, seu nova Hispania anno 1518. detecta, et in 3. Audientias, districtus, seu summos Tribunalia divisa, ut sunt 1° Mexicana 7. constans provinciis. 2° Guadalajara seu nova Galicia cum 7. pariter provinciis. 3. Guatimala cum urbe ejusdem nominis, quæ ao 1773. ingenti terræ motu interiit. 4. Novum Mexicum Hispanis ao 1528. occupatum, smaragdis, gummibus, auri fodinis et crystallo imprimis abundans Marc Purpureum, antiquum Mexicum, Lousiana nam et terram incognitam habet confinem.

2. Quæ urbes in his provinciis memoratu dignæ?

R. In terra Mexicana præter binos portus in pari eis æstimios Veram Crucem sinui Mexicano, ubi Fanum S. Joannis de Ulloa insignitæ munitissimum et Acapulcum seu Aqua pulco Mari Purpureo objectum, celebranda venit Mexicum urbs totius America Septentrionalis principes, a venustate, Archiepiscopo, Prorege residentia et Universitate celeberrima. 2° in Guadalajara seu nova Galicia est 1° urbs S. Jacobi, 2. Guadalajara cum Episcopo. 3. in Provincia Guatimala in loco vetere urbs terra motu dejecta extincta est recentes S. Jago de Guatimala, urbs mercimonialis, sedes Gubernatorii cum Episcopo et Universitate. 4° Valadolotum, 5. Legio, 6. La Conception, 7. Carthagena urbes populosæ. 8. In Novo Mexico celebre est Fanum S. Fidei, vulgo S. Fe Guber-

natorio et Archiantistitio sedes. Huic provincia quoq; inserta est Peninsula Californica per Mare Purpureum a novo Mexico divisa, in longum 300. milliaria, 40. ad summum in latum, excurrens, aspera quidem et saxosa, auro tamen et argento dives, et praesertim a margaritarum piscatura celebris. 5.to 5

Q. Ubi Ludoviciana sita, et quid de ea notandum?

R. Ludoviana fluvio Missisipi adsita, et ab Hispanis Florida appellata, quam olim Dominica Palmarum ab eo Soto de Flores dicta, detexerat, a Canada, et Mexico novo montibus separatur, caetera mari Mexicano obvia, aere temperato et vino gaudet, in barbaram, Gallicam, Anglicam, et Hispanicam dividitur; Gali tamen ad 1763. partem suam Hispanis reliquerunt, in qua praeter Aureliam Novum, castrum Delphini et castrum Ludovici nulla urbs memoria digna.

Q. Quas regiones Angli in America possident?

R. 1.° Floridam reliquam

Ex.

Descriptio Geographica Belgii foederati

Qu. Quid nomine Belgii foederati intelligis?

R. Nomine Belgii foederati, quod vulgo etiam Hollandia vocatur, intelliguntur provincia illa, quæ se anno 1579. Imperio Hispanico subduxerunt, et in unam Rempublicam coaluerunt, quæ deinde in pace Westphalica confirmata est anno 1648.

Qu. Quanam sunt illa provincia, et qua earum natura?

R. Septem numerantur: Gelderia scilicet, Hollandia, Zelandia, Provincia Ultrajectina, Frisia, Transisalana, et Groeninga. Terra ob frequentes paludes et canales fluviorum pene cæsos; quorum tamen defectum halecum captura butyri et casei optimi copia, nec non corrupta in totum pene urbem aquarum recessus.

Qu. Quæ harum provinciarum præcipua urbes?

R. 1. Noviomagum in provincia Gelderia, ubi fœdus ao 1609. inter Galliam et Imperium stabilitum. 2. Amstelodamum ex Hollandia præcipuis sive magnitudinem, sive commercia spectes. 3. Roterodamum ab Amstelodamo parvum, nomen dedit Erasmo in scholis pervulgato. 4. Lugdunum Batavorum ampla et frequens, nunc et illustri academia, facultate [illegible] primis Medica floreno. 5. Bordracum navibus nobilis, et portu percommodo instructa. 6. Ultrajectum in provincia eiusdem nominis munitione

universitate, cultaq; nobilq. 7. Middelburgum in Selandia emporium celeberrimum cum portu admodum seuro. De Britannia

2. Quas provincias olim veteres Magnam Britanniam appellabant?

R. Britannia nomine indigitabant veteres magnum illum terra tractum, qui modo Anglia et Scotia appellatur, et universum insulam constituit; per insulas autem Britannicas intelligunt duas illas magnas insulas in Oceano Atlantico, quarum una regna Anglia et Scotia, altera regnum Hibernia complectit; quatuor provincias sub Jacobo 1.° Anglia rege uni regi subesse coeperunt.

De Anglia

2. Quis situs Anglia, et insularum genius?

R. Ad Septentrionem habet Scotiam, ad ortum mare germanicum, ad occasum mare Hibernicum, ad meridiem Canalem illum, qui gallice la Manche appellatur. Insommodo utitur aere ventis, pluviis ac tempestatibus subjecto: abundat frumento, pascuis et fructibus: vini loco nobilem habet cerevisiam, lanam preciosam et linum pro vestibus. Equos ac canes alit nobiles, argenti, aeris, stanni tamen optimi unperiis dives. Incola excitata sunt indolis, agilis, et forma egregii, scientiarum notitia pleraq; rei tamen praecipue nauticae periti.

2. Quae urbes in Anglia sunt notatu dignissimae?

R. 1.° Londinum ad utramq; fluvii Tamesis ripam structum, urbs totius Angliae primaria, 120000

fere centeno adeo, et 600. platcas, sedes regia
et supremi Tribunalis. 2.° Cantuaria urbs pe-
elegans, cuyd archiepiscopi Anglie primas Regi
coronam imponit. 3.° Bristolium, veteribus
Venta Silurum, urbs a Londino praecipua, mag-
tudinis et mumtionis caximis, nec non ob mania
cinitatem commercijs traclandis percommoda. 4.°
Plymuthum et Portsmuthum duo portus reliqui
in Anglia praeferendi. 5.° Caonium vernacule
Oxford, urbs cum antiquissima Universitate,
ubi jam Saaonum tempore studia vigebant, qua
Danorum irruptione interrupta ab Alfredo
Rege Saaone anno 872. restituta sunt. dicun-
tur collegia aliquando numerata 20. studiosi
